pro fure.§.fi.⁊.d.gloſ.in.d.l.j.in princi.⁊ iſtud idem tenet Sali.
in.d.l.ſi ꝓ fure.§.fi.non per rõnẽ dictarũ glo.ſed ꝑ aliã rationẽ
49 nã illa dr̃ eſſe†actio ꝑſonalis q̃ habeat cãm vel originẽ a cõtra
ctu vl̓ quaſi a delicto vel quaſi.vt hoc tex.illa v̓o dr̃ realis actio
q̃ hꝫ cãm vel originẽ a iure qđ qs habeat in re vt hoc eodẽ tex.⁊
l.j.C.de alie. iudi. mutã.cã fac.ſi ḡ inueniat̃ aliq̃ actio q̃ habeat
vtrũqꝫ ſua cã ⁊ origine illa dicet̃ naſci ꝓprio quodã iure ex va-
rijs figuris cãꝝ.⁊ h̃ eſt qđ voluit ꝓprie dicere iuriſcõſultꝰ in.d.
l.j.in pri.ſꝫ ꝯdictio furtiua eſt hmõi.nã ex ꝑte rei ꝯdictio futiua
dr̃ oriri ex maleficio.ex ꝑte vero actoris oritur ex dño.Hinc eſt
qđ ſoli dño cõpetit.l.j.ff.de ꝯdi.fur. ergo cõdictio furtiua dicet̃
oriri ex varijs figuris cauſaꝝ.⁊ per hanc rationẽ etiã incidit in
hãc partẽ Ang.de are.h̃. Cõtrariũ tñ.ſ.qđ ꝯdictio furtiua oria
tur ex maleficio ⁊ non ex varijs figuris cauſaꝝ tenuit glo.in.l.
ſeruꝰ quẽ a me.in ꝑn.ff.de act.emp.ĩ gl.paruula.in v̓bo. nõ ha-
beret.quã alleg. Ang.de are.h̃.⁊ añ eũ Nico.de nea.hic. ⁊ h̃ idẽ
tꝫ Dy.⁊ Joã.fab. hic ꝑ.l.ſi ambo.§.quoti.ff.de cõpen.⁊ per.l.ſi
mulier.§.hec actio.ff.rerũ amo.ꝑ quas.ll.idẽ tenuit Bart.poſt
antiquos ⁊ moder.in.d.l.j.in prin.ff.de ac.⁊ obli.in.j.col.⁊ ideꝫ
Bart.in.d.l.ſi pro fure.§.fi.⁊ idem Bart.in.d.l.ſi ambo.§.quo-
ties.q etiã ibi not.ad hoc illũ tex.⁊ Bart.in.d.l.ſi mulier.§.hec
actio.ſꝫ in v̓itate ille leges nõ multũ vrgent ꝑ hac ꝑte ⁊ ad eas
põt faciliter rñderi ꝓut etiã rñdebat Ang.de are.hic.nã ĩ.d.l.ſi
ambo.§.quot.in.v̓.idẽ eſt.bene dr̃ qđ ſi agat̃ ꝯdictione furtiua:
ita habeat locũ compẽſatio ſicut ſi ageret̃ actione que oritur ex
delicto puta actiõe furti.nõ aũt dr̃ ꝙ ꝯdictio furtiua oriatur ex
delicto imo potius tex.ille videt̃ ſentire contrariũ eodeꝫ modo
59 in.d.l.ſi mulier.§.hec actio.bene dr̃ † ꝙ actio reruꝫ amotarum
ita finitur anno ſicut ꝯdictio furtiua. nõ autẽ dr̃ ꝙ cõdictio fur

a Intelligi.q̃ñ aũt v̓ba ſint intelligenda. vide d.Alex. de imo. in ꝯſi.lxxxiij. in iij.et.vij.col. ĩ.ij. ꝑte ⁊ in ꝯſi.xl.ij. colũ.ea.ꝑte.et in ꝯſi.cix.ĩ.iiij. ꝑte. ⁊.d.Ain.palleo. in ꝯſi.lxvj.inter cõſi.do. Alex. in iiij.parte.

b Pro expreſſa.vide.d. Alex. in cõſil.xlviij. in iij.col.ĩ.j. parte. et in cõſi.lxxx.in iij.colũ.et in conſi.cvj.in pe.colũ. ea ꝑte.j.et in ꝯſi. lxxxvij.ĩ fi. in.ij. parte.

c Extenſiue. vide.d.Alex. in cõſi.xciij. ĩ fi. in.ij. ꝑte.⁊ ĩ ꝯſi.clxxxij.in.xv.col.et in cõſi.clxxxviij. in ij.colũ.ĩ.eadẽ.ij. ꝑte ⁊ ĩ ꝯſi.clxxxix.ĩ.j.et.ij.col. in iiij.ꝑte.⁊ in cõſi. xxij.in.ij.col.ea. parte.

d Renuntiatio. Adde.d. Alexã. de imo. ĩ.l.ſi vnꝰ §.pactus.in addi. ad Bar.ff.de pactis.et Pau. de caſt. in ꝯſi.xj. ⁊đ diſtractu bal. in conſi. inci. in dei noĩe amẽ. ille dicit̃ habere.

e Et dãnoſis. ſed nũquid tale ſtatutuꝫ habeat locũ in renũtiatione facta ꝑ filiam patri. vide d.Alex. de imo. in ꝯſi.xxix.in penul. colũ. in .iij. ꝑte.vbi etiaꝫ qd ſi velit vẽdere vni ꝓpinquo. ⁊ nunquid ſtatutũ loquẽs in ꝯctibus habeat locuꝫ in ꝯctibus iuratis a minore. vide ꝑ eum in cõſil.cvj. in vlti.col.in.iij. parte.

tiua oriat ex maleficio. et lz supradictū esset q actio rerū amotarum nasceret ex delicto nō de cōdictiōe furtiua vbū nullū. Concludēdo igit dico q quis possit teneri q cōdictio furtiua oriat ex variis figuris causarum per rōnes gl. s. allegatarū. tñ de ea nō pōt loqui tex. in d. l. j. in prin. eo. qr ille tex. loquit de obligationibus q oriunt ex variis figuris causarū: non aūt loquit de actionibus. et ppter hoc Bar. ibi impugnat quoddā exēplū. Pet. de bel. per. intelligētis illū tex. loq de actione in factū p l. sancimus. C. de sac. san. eccl. put. s. ante eū intellexerat illū tex. glo. in d. l. si p fure. §. fi. in glos. fi. ad fi. et glo. in rubri. ff. de pac. et Pe. de bel. pti. Jac. de ra. et Rodul. de auri. hic fm q eos refert hic Nic. de nea. nā dicit Bar. q exēplū illud de actione in factū nō pōt cōuenire ad d. l. j. in prin. cū l. illa loquat in obligationib⁹ et exemplū pdictū in actionibus. ¶ In fi. glo. tenete quod s. tenui. ¶ Glo. in v. nullo iure. diuido in duas partes. In prima collige ex tex. vnū notabile. In scda cōtra illud notabile oppo. et sol. scda ibi. sed oppo. ¶ In ea. glo. in finalib⁹ vbis ibi: teneris. ergo es obligat⁹ nō sequit p hāc gl. facit. nā cū iste teneat

51 solū offō iudicis quo ad restituēdū vt dicit glo. certe† offm iudicis nullā psupponit obligationē. l. q per collusionem. in fi. ff. de act. emp. l. qntus. ff. de annuis leg. nisi largo modo fm qd dicit

52 Bar. in. l. fi. ff. de iniur. et ad hāc glo. q disputat† an ille q tenet actione reali dicat obligat⁹. vñ glo. s. e. in prin. in glo. fi. in ver. debet. in prin. et ibi oportune dixi. Hāc tñ gl. volētē q actio realis nullā psupponat oblig. quidā reprehēdūt et Rodul. de au. fm q eū refert Nic. de nea. hic. et ponūt etiā hāc reprehēsionē Jo.

53 fa. Et Ang. de are. hic. † nā actio de peculio. qr actio in rē. l. qsitum. in pn. ff. de pecu. et tñ illa actio psupponit obligationē. qd ptz: qr ei accedit fideiussor. vt. l. creditorē. ff. ad mace. iūcta. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideius. Itē ptz qr pōt deduci in cōstitutū. vt. l. j. §. fi. et. l. seq. ff. de cōsti. pe. Sed p ista nō recedatis a glo. nr̄a quā tenēt ceteri cōiter doc. hic. et p ea est tex. aptus in hoc. §. nr̄o. in ver. nullo iure obligat⁹ est. et nō ob. primum de actione de pecu. q est in rē psupponit obligationē qr ei accedit fideiussor qr rñdeo etiā fatēdo q actio de peculio sit in rē qd tñ nō firmo. sz dicite vt p Bal. in. l. pe. C. qd cū eo. tñ nō est ppetuo idest gñaliter verū illud qd postea ipsi dicunt. accedit fideiussor

54 ergo psupponit obligationē. nā clarū est† q offm iudicis nullā psupponit obligationē. vt iurib⁹. s. pxime alleg. et tñ offō iudicis etiā non deseruienti alicui actioni accedit fideiussor. vt not. Bart. in. l. marcellus. in. ij. col. ff. de fideius. p tex. in. l. cū qs. §. si qs p reo. ff. de solu. et est casus fm eū. in. l. pecunie. §. fi. iuncto. §. pe. ff. de v. sig. q. l. pecunie. quis nō inducat p Bart. tñ optime

55 pbat hoc mō inducēdo. † nā fideicōmissa de iure ffor. petebantur offō iudicis nō iure actionis. ita dicit tex. in d. l. pecunie. §. pscriptionis. q est. §. pe. p Bar. allegat⁹. et ibi gl. declarat fi ergo fideicōmissa nō petebant nisi offō iudicis. et clarū est q p fideicōmisso accedit fideiussor. eo qr fideicōmissa dicunt esse debita: vt dicit tex. in. §. fi. illius. l. pecunie. ergo offō iudicis bñ accidit fideiussor. et istud idē. s. q offō iudicis possit accedere fideiussor tenet etiā Bal. in d. l. pecunie. iūcto. §. pe. et fi. et in. l. ei⁹. C. qd cū eo. et ibi sentit no. q etiā actioni reali q nullā psupponit obligationē vt h tex. possit accedere fideiussor. quia ille q tenet actiōe rea

56 li largo mō dr obligat⁹. Nō ob. vltimū† q actio de peculio possit deduci in cōstitutū: qr rñdeo q etiā oē illud qd largo mō est debitū pōt deduci in cōstitutū. l. j. §. debitū. ff. de cōstit. pecu. et sic etiā actio realis posset in cōstitutū deduci: cū largo mō psupponat obligationē vt millies dictū est. ¶ Aduerte tñ dū supradixi

57 de actione et peculio ne erretis. † q actio de peculio. et eodē mō qd iussu. de in rē verso. et eodē mō institoria. exercitoria et tributoria. nō sunt pprie actiōes sed adiectiones siue qlitates actionū. de quo est glo. no. in. §. fi. in vb. directe. j. qd cū eo. et glo. in. l. si tñ. §. he actiones. in glo. j. ff. de exercito. et tex. in. l. iij. §. cui congruit. et ibi glo. in verbo mandati. ff. de pecu. cum aliis concor. ¶ Glo. in vbo possideat. diuido in duas put duo extrema ponit q requirunt in actiōe in rē. scda ibi. itē ex pte rei. ¶ In ea. glo. ibi. et. §. qd ait. vult gl o. q in actiōe in rē ex pte actoris reqrat alterū duoꝝ dñiū vel qsi dñiū. in h gl. rephēdit p Dy. h qr

58 imo† actio in rē cōpetit ei q nō hz dñiū nec qsi dñium: vt ptz in actiōe in rē hypothecaria q cōpetit creditori p pignore in quo impossibile est q creditor habeat dñiū vel qsi. l. ex sextāte. §. la-

59 tinus. ff. de excep. rei iudi. et. l. debitor. in prin. ff. ad treb. † Itē cōfessoria est actio in rē et tñ nō cōpetit rōne dñij vel quasi sz rōne iuris seruitutis qd qs habeat. vt in. §. eque. j. eo. sz ab istis impugnationib⁹ defendebat hāc glo. Nic. de nea. hic dicebat q lz glo. loquuta sit gñalr de actione in rē dz tñ simplr intelligi de actione in rē spāli. et sic de rei ven. directa vel vtili. de qua tñ loquit iste tex. et sic prima cōtria nō obstant. Sed si isto mō intelligeretis istā glo. ista glo. male diceret in alio. dū dicit de bonefi-

60 dei emptore: qr nō est verū† q bonefidei emptori cōpetat directa vel vtilis rei vē. sed sibi competit publiciana. vt in. §. sed iste

j. e. et in hoc glo. reprehendit per Jo. fa. et Ang. de are. hic. Sed si intelligeremus glo. put iacet: et sic gñaliter de actione in rem verū esset q bonefidei emptori cōpeteret actio in rē. s. publiciana q est actio in rē. d. §. sed iste. et hoc motiuū nō obstaret. Sed tunc bene obstarent motiua Dy. s. relata. dicite ergo fm Dy. et Nic. de nea. hic q in actione in rē gñalr sumpta requirit alterum de quatuor vel dñium directū quo casu cōpetit directa rei ven. vt hoc. §. nostro. et. l. j. C. de ali. iudi. mutā. cau. fac. et. l. in rē. in prin. ff. de rei ven. vel vtile dñium qle est illud qd habent emphyteota et superficiarius quo casu cōpetit vtilis rei ven. l. j. §. fi. ff. si ager vecti. vel emphy. pet. et. l. j. in prin. et. §. qd ait. ff. de superfi. vel quasi dñiū quale est illud qd habeat bonefidei emptor qui nondū vsucepit: quo casu cōpetit publiciana. vt. d. §. sed iste. j. eo. vel necesse est q habeat aliud ius in re vt ius seruitutis. et tunc habeat cōfessoriā vt. d. §. eque. j. eo. vel ius pignoris et tunc habeat seruianā seu hypothecariā vel quasi seruianaꝫ. vt in. §. itē seruiana. j. e. ¶ Itē est et aliud circa hāc glos. diligēter aduertēdū. gl. dicit de qsi dñio: aut eñ glo. intelligit de qsi dñio p vtili dñio. et gl. male dicit et reprehēdit p Jo. fa. et Ange de are. hic. qr bonefi. emptor. de quo etiā glo. dicit nō hz vtile dñiū: qd clare ptz: qr si haberet vtile dñiū preferret dño directo vt est tex. in d. l. j. §. fi. ff. si ager vecti. vel emphy. peta. et tñ hoc est falsum: qr bonefidei emptor. et sic habēs publicianā regulariter excluditur a vero dño. l. pe. et fi. ff. de publi. nisi in casibus enumeratis p glo. in d. l. pe. ergo nō est verū q bonefidei emptor habeat vtile dñium. Si vo gl. intellexit de quasi dñio put verba sonāt. et sic nō p vtili dñio etiā male dicit et reprehēdit hic per Nic. de nea. qr imo emphyteota et superficiarius de qb⁹ hec gl. dicit habent vtile dñium et nō quasi dñium. d. l. j. §. fi. ff. si ager vecti. vel emphy. pe. et d. l. j. in prin. et. §. qd ait. ff. de supfi. et dicit Nico. de nea. q ab hac impugnatione nō posset hec gl. defendi. et sic quomodocunq intellexerimus hāc glo. dū dicit de quasi dñio nō poterit glo. euitare aut effugere reprehensiones doctorū. Ego tñ reperio Bal. qui hic per alios nō allegat in. c. j. §. j. iuxta princ. in ti. de inuesti. de re alie. facta. in vsi. feu. ex verbis cuius pōt elici

61 defensio gl. nostre. † nam fm eū quasi dñiū pōt duobus modis

a intelligi large. et hoc modo appellatione quasi dñij[a] veniet ne dum vtile dñium qd habēt emphyteota et superficiari⁹: sed etiaꝫ quasi dñium qd hz bonefidei emptor. et hoc mō saluabit gl. hic pōt et scdo mō intelligi quasi dñium stricte: et tūc capit tantū p eo quasi dñio qd habet bonefidei emptor. et ita stricte nō intellexit gl. hic. ¶ Et de directo dñio vel vtili dñio. Itē et de quasi dñio habetis glo. no. in. l. minor. §. si seruus. ff. de euic. in glo. in ver. superit. et ibi Bar. declarat in quo ista differant inter se. Et alibi dixit gl. valde no. in. l. ij. §. quidā. ff. de interdictis qd sicut est dare possessionē. et quasi possessionē. et dñium et quasi dñium

62 † ita etiā est dare pprietatē et quasi pprietatē[b]. et ad hoc illā gl.

b reputat singularē Bal. in d. c. j. §. j. in prin. iuxta princ. de inue. de re aliena facta. Sed de hoc qd sit dare pprietatē et quasi pprietatē allego text. expressum in. c. fi. extra de iudi. et pprietas dicitur dñium qd multis modis acquiritur. ita eleganter dixit Pa. de eleaza. in cōmento rubrice. extra de causa pos. et pprie. de quo tñ videte Bal. in. l. pe. in pe. col. C. si a nō cōpe. iudi. fue.

63 appellatū. et ibi ponit† an appellatione pprietatis significetur directū dñium vel vtile dñium. an vo neutrū ipsoꝝ. et per Bal. in. l. cū res. ad fi. C. de pba. et videte Bal. in. l. locorū. C. de omni agro deserto. lib. xj. vbi p illū tex. dixit q tm est dicere pprietatis possessio qtū est dicere dñs rei. et dicit Jo. fa. hic. q verbū p

64 prietatis vr̄ inesse in ipsa re† cū pprietas rei dicat illa cuius dominiū nullius est. vt in. §. littorū. s. de rerū diui. sed verbū dñij videtur esse in persona illius ad quē dñiuꝫ pertinet per tex. in l. si tibi fundi. in verbo pprietatis. ff. quēad. vsufr. amit. lz fm eū

65 † frequenter proprietas pro dño capiat. l. pprietatis. C. de proba. ¶ In fi. glo. vult glos. q in actione in rem ex parte rei conuenti requiratur alterū duorū: scꝫ possessio vel quasi possessio. Hec glo. videtur posse reprehendi fm Dy. hic. nam cōfessoria que est realis actio cōpetit cōtra euꝫ qui nec possidet nec quasi possidet: sed inquietat vel molestat eum qui habeat ius seruitutis: vel non prestat ei debitā patiētiā iuxta. §. eque. j. eo. Potest tñ fm eū glo. saluari vt pcedat in actione reali q cōpetit pro re corporali. nō aūt in actiōe reali cōpetente pro rebus incorporalibus puta pro iuribus: vt pro iure seruitutis. nā illa dat aliqñ etiā possidēti contra eū qui nō possidet nec detinet: sed tm inquietat dicto. §. eque. j. eo. Posses etiam ad saluandam glo. dicere q loquat de actione in rem speciali. et sic de rei vendicatione et illa nunq cōpetit nisi cōtra possidētē vel quasi. Pro clariori tñ intelligētia totius huius glo. et materie. §. huius offert se opportune hic examināda materia rei vendica. quā doct. hic prolixo sermone et per multas questiones expediunt. et inter ceteros Joan. fa. Nico. de nea. hic hanc materiam longo cōmentario prosequu nt. Ego ea dūtaxat attinguam que putabo necessaria

a ¶ Dominij. vide do. Alexā. de imo. in cōsil. xcix. in. x. col. i. ij. pte.

b ¶ Et quasi proprietatē. An sit dare pprietatē et quasi pprietatē. vide do. alex. de imo in consil. xcix. in. x. col. i. ij. pte. vbi etiā ponit an appellatione pprietatis venit quasi proprietas.

cessaria ꝓ habēdis fundamētis huius materie.⁊ q̃ putabo ꝓ⸗
ficere ad habendā intelligentiā eoꝝ que hic in glos. tangũtur.
Duo ergo in hac materia principaliter expediam ⁊ his prout
occurret cōnexa ⁊ succedanea applicabo. Primũ erit q̃ requi⸗
ranť ex pte actoris ad hoc vt possit sibi cōpetere rei vē. Scōm
q̃ requiranť ex parte rei ad hoc vt possit ꝯ eũ rei ven. intētari.
66 ¶ †Circa primũ dicite ƀm oēs hic ꝙ ex parte actoris reqritur
dñium vel q̃si,ꝓut etiā dicit glo.nr̃a ⁊ intelligite q̃si dñium pro
vtili dñio vt declarat bar.ĩ.d.l.j.C.de alie.iu.mu.cā fac.⁊ sic rei
ven.cōpetit ei q habeat directum dñium vel ei q hꝫ vtile domi
nium.Et dicit Jo.fab.in.j.q.principali in p̄n.ꝙ ille dr̃ habere
directũ dñium q hꝫ plenum dñium ⁊ nullũ aliũ superiorē ha⸗
beat quātũ ad dominiũ. Sꝫ qñ aliquis hꝫ aliũ superiorem in
dñio tũc non dr̃ habere plenũ dominiũ sed vtile vt emphyteo
ta ⁊ supficiarius.De quo tñ dicite vt ꝑ Bart.in.l. si qs. ⁊ in.§.
dñia.ff.de acqui.pos.⁊ ꝑ Bald.⁊ Sali.in.l.traditionibus.C.de
pac.¶ Et iuxta predicta querũt hic doc.pone ꝙ actor a princi
pio tpe porrecti libelli nō erat dñs sed post litē cōtest. pendēte
lite supuenit sibi dñium:an sufficiat vt possit sequi cōdēnatio
cōtra reum.⁊ in hac glo.in.l.si rem.⁊ in glo.fi.ff.de pig.act. ex⸗
presse firmat sic.Vos breuib⁹ ꝯcludite cũ bar.in.l.⁊ an eādē.⁊
actiones in pe.col.ff.de excep.rei iudi.aut ille qui non est dñs
a principio petit simpliciter ⁊ absolute se declarari dñm nō ex
pressa causa in specie sꝫ in genere:⁊ tũc ex iure dominij postea
superueniētis ꝓcedet cōdēnatio.⁊ de hoc est tex.in.c.abbate sa
ne.in fi.de re iudi.in.vj.⁊ dicit hic Jo.fab. ꝙ cōtra decisionem
illius capituli tāq̃ ꝯ stimulũ durũ est calcitrare. ⁊ ponit Inn.
in.d.c.abbate sane.sup vlti.glo.aut ille qui nō est dñs petit se
declarari dñm ex causa spāli ⁊ specifica:puta q̄ dicit se emisse
rē illam quā petijt a sempronio:⁊ tunc si superuenit sibi ius ex
causa de preterito:q̄ res erat sibi vēdita ante ceptũ iudiciũ sꝫ
67 nondũ tradita.†Et isto casu tale ius superueniēs proderit vt
ex eo possit sequi ꝯdēnatio:al̄s aũt si ius superueniat ex causa
de p̄nti.⁊ tale ius nō ꝓdesset actori ⁊ in hāc sñiam vidētur esse
ctualiter se cōformare Dy.Nic.de nea.⁊ Ange.de are. hic licet
Jo.fab.sit dubius ⁊ nihil clari firmet.de quo.s̃.videte Bal. la
te disputantē in.l.j.C.de alie.iudi.mutādi cā facta.in.iij.col. in
ver.viso p̄ncipio videam⁹ de ꝓcessu.⁊ ibi late disputat de opi.
Inno.ad.d.c.abbate sane.videatis etiā Bal.subtiliter loquen
tem in.l.j.in.ij.colũ.C.de execu. rei iudi.et dixi dē hac materia
s.eo.ti.in p̄n.sup glo.magna fi.in ver.debeť.ante fi.¶ Unũ tñ
ꝑpetuo nota ꝓ maxima limitatione p̄dictorũ ꝙ illud quod.s̃.
68 dixi ƀm cōiter oēs †ꝙ ius supueniens actori post litē cōtest.ex
causa de p̄terito sibi ꝓdest[a] vt ex eo possit sequi cōdēnatio.Il⸗
lud est verũ ⁊ ꝓcedit qñ causa agiť corā iudice ordinario.secus
aũt si agereť corā iudice delegato coram quo ius superueniēs
etiā ex causa de p̄terito nihil tñ sibi ꝓdest ꝓpter dolũ impetrā
tis iudicē delegatũ ꝯtra eũ cōtra quē tpe impetrationis nihil
questiōis habebat.ista fuit singularis limitatio bal.in.l.p̄scri⸗
ptione.C.si ꝯtra ius vel vti.pub.in pe.col.in. viij.q.ꝓ qua limi
tatiōe dicit ibi bal.videri casus no.in.c.fi. de rescrip. subijciēs
hoc esse multũ tenendũ menti:q̄ est magna limitatio multarũ
legũ.de qua tñ limitatiōe videte Lu.ro.tenentē ꝯriũ in.l. si ti⸗
69 tius.ff.de ver.ob.¶ †Quid aũt esset in casu ecōtrario si actor
in principio tpe porrecti libelli.⁊ sic tpe cepti iudicij erat dñs
postea lit.cōte.desijt esse dñs an nihilominus possit fieri cōdē⸗
natio cōtra reũ cōuentũ.prima fronte videreť dicendũ qd̄ sic ꝑ
tex.qui videť exp̄ssus in.l.ij.ad fi.C.de litigiosis.in v̓bo nihilo
minus peragenda.Sed paucis concludendo vos tenete ꝯriũ
vt tenēt cōiter doc.post Dy.hic ꝑ tex.in.l.tigni.§.fi.ff.ad exhi.
⁊ ꝑ tex.meliorē in.l.si seruus.in prin.ff.de condi.fur. ⁊ ibi istud
idē tenet Bal.⁊ Bar.in.d.l.⁊ an eandem.§. actiones. et videte
Bal.in.d.l.j.C.de ali.iudi.mutuā.cā fac.in pe.col.in ver.ij.q̄ro
qd ecōtra.Nō ob.in.d.l.ij.nā ideo ibi lis suo marte peragiť:q̄
vēditio ibi facta rescindiť ꝑ.l.fi.illius ti. ⁊ sic res ad priorē sta⸗
tũ ĩ quo erat tpe cepti iudicij ⁊ sic ad priorē dominũ redigiť.et
ita soluũt cōiter doct.hic vt Dy.⁊ Bal. Joā.fab.⁊ Nic.de nea.
¶ Et ex hac sol.elicio limitationē ad cōclusionē p̄dictā vt non
procedat qñ ille qui desijt esse dñs denuo:postea est etiā effect⁹
dñs:q̄ tũc etiā dꝫ sequi cōdēnatio ⁊ mediũ tēpus nihil obstat
d.l.ij.C.de litig.⁊ bene facit.d.l.tigni.§.fin.ff.ad exhi. ¶ Scōo
70 intelligite p̄dictā cōclusionē †vt ꝓcedat qñ actor facto suo pro
prio desijt esse dñs.secus aũt si desijsset esse dñs facto ipsiusrei
cōuenti ei⁹ culpa dolo vel mora:q̄ tunc posset sequi ꝯdēnatio
cōtra reũ ƀm Jo.fa.hic.qui ad hoc allegat.l.itē si verberatũ.§.
fi.cũ.l.seq.ff.de rei vē. Additevos tex.in.d.l.si seruus.in prin.⁊
ibi Bar.ff.de cōdi.fur.⁊ ad idē est tex.in.l.si post acceptuꝫ.ff. de
rei vēdi.quē ad hoc ibi pōderat ⁊ reputat no.Bar. ⁊ ibi ꝑ illũ
tex.subdit no.Bar.ꝙ exceptio supueniēs pendēte iudicio con
tra actorē:ꝙ culpa rei nō pōt ꝑ ip̄m reũ opponi.de quo tñ dici
te vt pleni⁹ ꝑ Bal.ĩ.d.l.j.in pe.col.C.de alie.iudi. mutā. cā fac.

Et ꝑ hoc sunt expedita requisita ex pte actoris. ¶ Ultimo q̄
vidimus.s̃.ꝙ rei vēdi.nō cōpetit nisi ei qui habeat directũ do
71 miniũ vel ei q habeat vtile.†Reliquũ est vt videamus qualr̃ ⁊
b qbus modis possit ꝓbari directũ[b] vel vtile.⁊ gñaliter.¶ Mo
dos qbus acqruntť dñia de iuregentiũ nō dico ꝓ nũc. habetis
in ti.ff.de acqui.rerũ do.ꝑ totũ.⁊ titu.s̃.de rerũ diui. per totũ.
72 ¶ †Modos aũt quibus acquiranť dñia de iure ciuili enume
rat gl.ordi.⁊ magistra.in.l.j.in p̄n.in verbo nostre.ff. de acqui.
re.do.⁊ Bar.in.l.in rē.in p̄n.ff.de rei ven. Et quātũ est ad dire
ctũ dñium si loquamur in reb⁹ q̃ in nullius bonis sunt quarũ
dñium de iuregentiũ primo occupāti acqriť:vt sunt fere bestie
gēme lapilli ⁊ silia.vt ĩ.§.fere.cũ seq.⁊.§. itē lapilli.s̃. de re. di.
⁊ in his ƀm Jo.fab.ĩ vlti.col.hic modus ꝓbādi est apt⁹ ⁊ faci⸗
lis:q̄ si ꝓbo me accepisse feram dico me ꝓbasse directo domi.
vos in hoc dicite melius ƀm Bar.in.l.rē q̃ nobis.ĩ vlt.co.ff.de
acq.pos.¶ Aduertēdũ est ꝙ q̃dā sunt res in qb⁹ ex rei q̃lita⸗
te ꝓbať eas esse in nullius bonis vt in lapillis inuētis in litto
re maris.d.§.itē lapilli.⁊ in feris bestijs.l.j.in fi. cũ.l. seq.ff. de
acq.re.do.⁊ ĩ insula nata in mari.l.adeo.§.insula.ff. de acq. re.
do.⁊ in similib⁹.⁊ in istis clarũ est ꝙ ꝓbando app̄hēsionē ꝓbo
dñiũ directũ ꝑ illā regulā iurisgē.q̃ est ꝙ ea q̃ ĩ nullius bonis
sunt occupāti cōceduntť.Quedā sunt res ĩ qb⁹ ex rei qualitate
nō ꝓbať eas esse in nullius bonis.imo natura rei repugnat vt
in domo in territorijs.⁊ in alijs speciebus q̃ nō ꝑ naturā sed ꝑ
factũ hoīs ꝓducunť ĩ esse.⁊ in istis si res nō est mea debeo cre
dere illā esse alienā.l.cũ q̃rebať.C.vñ vi. ⁊ in istis dicit Barto.
vbi.s̃.q̄ difficile est ꝓbare rē in nulli⁹ bonis fuisse ꝑ solā ap⸗
prehēsionē nō ꝓbatur dominiũ posset tñ ƀm eũ tribus modis
probari rē in nullius bonis fuisse. Sed in istis trib⁹ modis ꝑ
apprehēsionē non acquiriť directũ dominiũ sed vtile. primo si
probeť dominiũ habuisse rem ꝓ derelicto.l.j.⁊ ꝑ totũ ti.ff.pro
derelic.Scōo si res erat tributaria:puta ex forma statuti. ⁊ tũc
si res vacauit biēnio p̄sumiť habita ꝓ derelicto ⁊ apprehēdēs
possessionem biēnio prescribit.per tex.no.in.l.qui agros.C.de
omni agro deser.lib.xj.⁊ hoc reputat Bar.esse bene no. Idem
etiā firmauit ⁊ latius ipsemet Bar. deducēdo hoc ad practicā
in.d.l.q agros.ꝑ illũ tex.Et idē Bar.in.l. si de eo.§.j.ff. de acq.
pos.⁊ bal.in.l.nō ignorāt.C.ad exhibē.lꝫ hoc impugnēt Ang.
⁊ Inno.in.d.l.si de eo.§.j.ff.de acq.pos.Si v̓o res non esset tri
butaria vt sunt cōiter predia ꝑ italiā tũc etiā ƀm Bar.l.d.l. rē
q̃ nobis.esset tertius modus.vt officio iudicis fiāt publica bā
nimēta siue ꝓclamata ꝙ q vult dicere talē rē suā cōpareat in⸗
fra certũ terminũ anteq̃ ab alio possideať certe nullo in eo cō
parente dicit Bart.se putare ꝙ cōstaret rem in nullius bonis
fuisse.ar.l.locoꝝ.C.de omni agro deser.lib.xj.⁊.l.si eo tpe.C. de
remis.pigno.lꝫ ipse Bar.in.l.nā ⁊ si fur.in p̄n.ff.si cer.peta.⁊ in
l.si duo.ĩ p̄n.ff.vti possi.visus sit sentire ꝙ etiā ex sola possessio
nē etiā nō factis ꝓclamationib⁹ p̄sumať qs dñs si nō appareret
alius antiqor possessor.⁊ hoc scōm vr̃ veri⁹ ꝑ ea q̃ tradit Bar.
in.l.qdā in suo.ĩ p̄n.ff.de ꝯdi.insti.Subdit etiā h̄ Jo.fab.qd̄ si
vellē dicere habere directe dñium eo q̄ dicerē me emisse a dño
necesse esset ꝙ tria ꝓbarē.primo ꝙ vēdēs fuisset dñs. scōo qd̄
res fuerit mihi tradita.tertio ꝙ pretiũ soluerim.Addo de his
reqsitis esse tex.ĩ.l.cũ res.⁊ ibi gl.no.C.de ꝓba. ⁊ ibi Bar. post
Bal.Itē ꝓbať directũ dñium si ꝓbo ꝙ possederim rē mobilē
bona fide spatio triũ annoꝝ cũ ꝑ vsucapionē acqrať directum
dñium.l.traditionib⁹.⁊ ibi gl.⁊ doc.C.de pac. ⁊ aut. nisi tricē⸗
nalis.⁊ ibi gl.⁊ doc.C.de bo.ma.⁊.l.iij.⁊ ibi gl.⁊ doc.ff. de vsu⸗
ca.dñiũ āt vtile ꝓbareť si ꝓbarē me possedisse rē ĩmobilē cũ ti.
x.annoꝝ inter p̄ntes.⁊.xx.inter absentes cũ ƀm iura cōia ꝑ pre
scriptionē acqrať dñium vtile ⁊ nō directũ.vt tenēt gl. p̄alle.⁊
in eisdē locis Bar.⁊ alij doc.⁊ idē ēt in p̄scriptione.xxx. vel.xl.
an.¶ Et iuxta hoc dubitabat Jo.fab.h̄.qd si aliqs nō ꝓbaret
titulũ sꝫ ꝓbaret ꝙ ipe⁊ p̄decessores sui tenuerũt rē illā tāq̃ suā
ꝑ tātũ tēpus qd̄ hoīm memoriā excedit an ꝑ hoc ꝓbeť dñium
dubitabat ⁊ sub dubio forte dicit posse sustineri ꝙ sic cũ ꝑ tm̃
tēpus sicut amittiť dñium:ita etiā acquiriť. Addo etiaꝫ ꝙ isto
casu ꝑ prescriptionē tāti tpis acqriť dñium directũ.lꝫ vt.s̃.di⸗
xi ƀm cōes conclusiones regulariter ꝑ p̄scriptionē nō acqrať
nisi vtile ⁊ ita expresse ⁊ no.tenet bal.in.l.traditionib⁹.in ante⸗
pe.col.C.de pac.ꝑ tex.in.l.hoc iure.§. ductus aque.ff. de aqua
quoti.⁊ esti.quā.l.bal.nō inducit. Sꝫ ego induco vt hoc opti⸗
73 me ꝓbet.Nā ibi diciť †longinquitas tāti tpis habet vim con⸗
74 stituti †cōstitutũ habet vim cōsensus.l.j.in prin.ff.de cōsti.pe⸗
75 cu.†⁊ cōsensus inducit directũ dñium vt voluit bal.in.d. aut.
nisi tricēnalis.Et vltra p̄allegata si vultis videre alios modos
quib⁹ ꝓbeť dominiũ videte etiā late Bal.in.l.ij.in.ij. col.C. de
pig.act.Bal.in.l.ob maritoꝝ.post Bar.C.ne vxor pro mari.et
aliqd ꝑ Ang.de are.⁊ Jo.de pla.h̄.⁊ Bal.in.l.j. in p̄n.ff. de re.
di.in aliq b⁹ q̃stionib⁹.⁊ ibi etiā ponit an ĩ dubio p̄sumať res eē
in nullius bonis.⁊ ibi etiā subdit ꝙ ĩ dubio res p̄ticularis p̄su

a ¶ Sibi prodest. Adde singulariter.d. Alexā. de imo. ĩ ꝯs.clxxvj. ad fi.in.ij.parte. vbi ponit vnum mirabile qd̄ ius supueniens lite pēdente ex cā de preterito ꝓdest. ⁊ iō fili⁹ agēs ex testamēto pōt lite pēdente repudiare ⁊ adire ab intestato ⁊ obtinet.

b ¶ Directũ. Vide tu latissie firmianũ in suo aureo repertorio ĩ ver.dñiũ ꝓbať. vbi ad saturitatē hꝫ materiā ꝓbationis dñij.et qũo et qñ dicať ꝓbatũ directuꝫ dñium.vide do. Alexā.in consil. lxxxviij.in.iij.colũ.in.ij.parte. et in ꝯsi.j.ĩ vlt.col. in.iiij.pte. ⁊ ĩ cōsil.xj.in vlti. col. ea.parte.

mitur q fuerit in bonis alicui⁹ quo ad dñm particularē. vide te etiā bal. in. l. cū sup. C. de rei vē. τ ibi est tex. q dñiū etiā pbaṫ p testes τ instrā. imo pbaṫ dñiū p indicia. vt. l. indicia. C. de rei vē. τ ibi declarat Bal. q̄lia debēt esse illa indicia τ oēs modos qb⁹ pbaṫ dñium ponit Spe. in ti. de loc. §. fi. ṽ. lvj. τ in ti. de ac. emp. §. sequit. ṽ. finaūt velis. Et an ex eo q qs possidet rēpsumatur q sit dñs vel q fuerit dñs. vide late Bar. post glos. in. l. quidā in suo. in pn. ff. de cōdi. insti. τ Bart. in. l. ob maritoꝝ. C. ne vxoꝛ p mari. τ Bar. in. l. a diuo pio. §. q̄ si sup. ff. de re iudi. Bal. in. l. indicia. C. de rei vē. τ late Bal. in. l. j. in. ix. τ. x. col. C. q accu. τ Spec. in ti. de pmo τ scdo decre. §. restat. ṽ. sed nunqd. τ ponūt Bal. τ Ange. de are. in. §. sic itaq3. l. eo. τ ibi latius dicā. Et ista sufficiāt quātū ad ea q̄ requirūṫ ex parte actoris. ¶ Ue-

76 niamus nunc ad scdm principale: sc3 ad ea † que requirunṫ ex parte rei ad hoc vt cōtra eū possit rei ven. intentari. Et glo. nostra fm q in ea vidimus requirit alterū de duobus. s. possessionē vel quasi. Et intelligite quasi possessionē p eo q dolo desijt possidere qui cōuenit perinde ac si possideret. l. qui dolo. τ. l. parem. ff. de regu. iur. τ. l. finaūt. §. sed si quis. τ. l. is qui dolo. ff. de rei ven. τ ita declarat Bar. in. l. vnica. C. de alie. iudi. mu. cā fac. τ sic habetis q ille qui dolo desijt possidere habeṫ p possidēte.

77 † Nunquid tñ statutū faciēs mentionē de possessoꝛe habeat locum in eo qui desijt possidere. vide Jo. an. in regula p possessore. de reg. iur. in. vj. in mercu. ¶ Aduerte tamen q illud qd̄ dr

78 q rei vēdicatio datur ɔtra illum qui dolo desijt possidere. est verū si dolo desijt possidere post litē contest. sed si dolo desijsset possidere ante litē ɔte. tunc ɔtra eū nō cōpetit rei vēdi. s3 actio in factū ad interesse ex titulo de ali. iudi. mut. cā fac. Ita notabiliter τ mirabiliter. d. Abb. Panoꝛ. in. c. j. in. ij. op-

79 po. de ali. iu. mu. cā fa. ¶ † Itē aduerte possidēs tpe pme citatiōis si postea desijt possidere pſumit in dolo[a] fm bal. in. c. fi. ad

80 fi. de iu. ¶ † Qualiter aūt τ p quē modū probabiṫ quē dolo desijsse possidere. dic fm Jo. fa. bic. τ bar. in. l. petitorio. i pꝛin. ff. de rei ven. si reo denūtiauerā me velle talē rem vendicare τ ipse postea alienauit. vel si post datū libellū vel postq̄ dixi me datu rū ei libellū ipse alienauit p id qd̄ in simili dixit gl. no. in. l. fulcinius. §. quid sit latitare. in verbo aio. ff. ex qui. can. in pos. ea. ponit Dy. in regula. p possessoꝛe. circa prin. de regu. iur. in. vj. Spe. in ti. de emp. τ ven. §. nūc dicēdū. ver. s3 nunqd. τ idē dixit ipse bar. in. d. §. quid sit latitare. τ idē Bar. in. l. nō solū. §. moꝛte. in. xiiij. col. ff. de ope. no. nū. Et qd de eo qui nō per dolū sed lata culpa desijt possidere an habeaṫ p possidente ita vt cōtra reū possit saltē vtilis rei vendicatio intētari. vide Jo. fa. bic et Bar. remissiue in. l. q restituere. ff. de rei vē. τ bal. in. l. vnica. C. de ali. iu. mut. cā fac. τ vide tex. no. optimū in. l. qui petitorio. §. i. ff. de rei vē. ¶ Aduerte tamē bic q est dare casum i quo teneṫ ille qui possidet. Quis sine dolo τ sine culpa desierit possidere si habuit malū τ vitiosum initiū. tex. est in. l. si vi me deieceris. ff. de vi τ vi ar. τ isto casu nō op3 dolū pbare. τ hoc reputat Joā.

81 fab. bic esse bene no. ¶ † Itē aduerte † q in eū q dolo desijt possidere daṫ rei vē. nō directa directo sed directa vtiliter vt tenēt gl. nostre cōiter τ cū eis cōiter citramon. vt est gl. nr̄a. τ ibi bar. in rub. ff. de rei ven. τ glo. j. in. l. curatoꝛe. ff. de neg. gest. l3 vltramon. tenuerint q imo isto casu nō deṫ directa vtiliter s3 vtilis tñ vt referūt doc. in locis palle. Et istud scdm firmauit bar. i. l.

82 §§. §. iulianus. ff. de aqua plu. ar. † τ ɔ istū q dolo desijt possidere iuraṫ in litē p actorē. τ tanti cōdēnaṫ a iudice fm formā. l. qui restituere. ff. de rei ven. ¶ Et iuxta ista dubitāt bic doc. oēs actū est directa rei ven. cōtra eū qui tpe porrecti libelli possidebat postea lit. ɔtest. dolo desijt possidere. an possit ɔ eū seq condēnatio τ directa rei ven. ɔtra eū intentata que a prin. cōpetebat. an vō sit opus vtilē intētare vel saltē directā vtiliter. Effectus est maximus vt intelligamus an possit sequi condēnatio virtute directe intētate τ ex prima instātia. an vero sit opus noua instātia τ nouo iudicio. breuibus ɔcludendo tenet Dy. bic q possit sequi ɔdēnatio virtute directe intentate etiā ex illa eadē instātia. τ dicit esse de hoc casum in. l. §§. §. iul. ff. de aq̄ plu. ar. τ hoc tenēt cōiter doc. bic. Ad hoc bñ facit: q2 directa et vtilis sunt qualitates actiōis q̄ q̄litates nō habēt istātiā vel iudiciū diuersificare. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. pterea si aliter dicerem⁹ seqreṫ fm Jo. fa. bic. maximū absurdū q esset i ptāte rei cōueti eludere pcessū actoris si statim desinēdo possidere annullaret pcessum directe rei vē. τ istam etiam partē t3 Cy. in. l. vnica. in. vij. q. C. de ali. iu. mu. cā fac. τ idē etiā t3 Bar. τ late disputās in. d. l. §§. §. iul. l3 dicat illū. §. iul. allegatū bic p Dy. nihil pbare. de q̄ etiā vide bar. i rub. ff. de rei vē. ad fi. τ i l. j. i. vj. col. ff. de ac. τ ob. τ bal. i. l. curatoꝛis. in vlt. col. C. de neg. gest. τ Ang. i repe. l. si qs vi. §. dñia. in. xviij. col. ff. de acq. pos. et Bal. in. l. mote lit. C. de rei vē. τ vide inter ceteros Nic. de nea. bic i hoc pūcto referēdo varias antiquoꝝ opi. ¶ Limitabitis tñ pdictā ɔclusionē vt pcedat qñ a pncipio cōpetebat directa:

a ¶ In dolo. Ad de Feli. in. c. ad- uersario tuo. de excep. in. j. col. et d. Alex. de imo. in ɔsil. lxxvij. in iiij. parte. adde Oldra. in consi. cccxx. q qui desijt possidere p dolū non euitat iudiciū actionis psonalis. τ adde d. Alex. de imo. in ɔsi. c. i vlt. col. in fi. i. iij. parte. vbi ponit nūqd possidēs tpe iudicij presumaṫ τ potest etiā possidere.

b ¶ Emphyteoticā. Adde Bald. in addi. ad spec. in ti. de loca. ṽ. si emphyteota negauit. τ Spe. ṽ. lxv. qd̄ emphyteota negās possessionē dr̄ male vti et pōt expelli.

sed postea tpe sn̄ie cōpetebat vtilis. τ in istis terminis pprie loquunṫ ea q̄ pꝛime dicta sunt. secus si a principio nō cōpetebat directa s3 vtilis tñ vt in emphyteota τ superficiario: q2 si iste intētasset a principio directā nō posset ferri sn̄ia sup vtili sibi cōpetēti. ita no. dixit. d. Ant. de bu. in. c. cū ad sedē. circa. xvj. colū. extra de rest. spo. p illū tex. ad h̄ no. s3 vnā lec. ad cui⁹ tñ limita. τ veritatē videte Jo. fab. h̄ in. x. col. vbi examinat an si qs agat rei vē. directa cū sibi ɔpetat tñ vtilis: vt in emphyteota τ sup-

83 ficiario: an iste debeat succūbere. ¶ † Itē aduerte qd̄ talis sn̄ia lata ɔtra eū q dolo desijt possidere nō pt simplr̄ mādari executioni ɔtra eū in quē est dolo possessio trāslata. s3 esset opus nouo iudicio. tex. est nō. i. l. j. §. necessario. ff. si mulier ven. no. τ ibi Bar. ad fi. facit. §. si qs i fraudē. §. e. l3 Cy. simplr̄ ɔriū tenuerit τ male i. l. vnica. i. x. q. C. de ali. iu. mu. cau. fa. p. l. certa forma. C. vt in pos. leg. ad quā. l. rn̄deatis vt rn̄dit Bar. in. l. si qs missus. §. iudex. ff. de dā. infec. τ bar. in. l. is cui. §. in possessionē. ff. vt in pos. lega. de quo tñ pūcto vide latius p bar. p duas col. in repe. l. creditoꝛes. C. de pig. i. iiij. q. prin. in ver. videam⁹ ergo an ius exequēdi. τ bar. in. l. a diuo pio. §. si sup rebus. ff. de re iudi. τ in d. l. §§. §. iulia. ff. de aqua plu. ar. τ Bal. in. d. l. si certa forma. τ multū elegāter bal. in. l. ob maritoꝛ. C. ne vxoꝛ p ma. vbi meli⁹ τ pfecti⁹ vr̄ i hoc pūcto loqui q̄ alij. τ late p. d. Ant. de bu. in. c. q2. v. extra de in. p Pe. de ancha. in cōsi. cl. inci. In xp̄i noīe in

84 uocato in cā vētilata inter dñam altā villā τc. ¶ † Unū tñ tenementi q l3 quo ad hoc vt sn̄ia lata ɔ eū q dolo desijt possidere possit mādari executioni cōtra eū in quē dolo est trāslata possessio sit op⁹ nouo iudicio vt pꝛe dixi. tñ ɔ istū nouū possessorē q ɔsecut⁹ est possessionē dolo post lit. cōte. cū pꝛimo nō est necesse nouus libellus. ita visus est velle no. bal. i. l. j. in. iiij. opp. C. cōi di. de quo tñ videte plene Inno. in. d. c. q2. v. extra de iudi. q videṫ velle ɔriū. Illud aūt expeditū est q si reus tpe lit. cōtest. nō possidebat si postea tpe ferende sn̄ie possideat tñ debet

85 ɔtra eū oīo ferri sn̄ia ɔdēnatoꝛia. ita dicit tex. i. l. finaūt. §. possidere. ff. de rei vē. ¶ † Quid aūt si actū sit rei vē. ɔ nō possidentē q putabat se possidere τ lata sit sn̄ia s3 actorē: an si possessio postea peruenit ad reū ex noua causa talis sn̄ia mittaṫ executioni ɔtra reū. dixi. s. in tex. in vlti. no. ¶ Unū etiā i hac mate-

86 ria tene mēti † q si actū sit rei vē. ɔtra reū qui negat se possidere qui in veritate possidet q si ɔuincatur de mēdacio: q2 actoꝛ probet eū possidere ɔ3 talis possessio incōtinēti ab eo auferri in actorē trāsferri etiā nihil de suo iure pbātē. tex. est no. i. l. fi. ff. de rei vē. de quo vide mirabiliter p. d. Abb. panoꝛ. in. c. pe. i vj. col. de iura. cal. vbi ponit quot requiranṫ ad hoc vt fiat hec trāslatio possessionis in ipsu3 agētē. Quis regulariter tenētes res alienas nō debeāt illas restituere nisi pbātib⁹ de iure suo. vt. l. res alienas. q̄ est. l. vlt. C. de rei vē. τ idē dicit Ange. de are. bic esse si actū esset ɔtra aliquē q diceret se tenere pro titio nominādo titiū in cle. in iudicio vt habeat beneficiu3. l. iij. C. vbi in rem actio. cū ille titius nō esset dñs nec pro eo possideret s3 possidebat p se: tūc si cōuincaṫ de mēdacio debet priuari possessiōe. τ illa est i aduersariū trāsferēda. τ ita dicit tenere Spe. in ti. de pꝛimo τ scdo decreto. §. restat. ṽ. qd si nominās. τ Bal. in. d. l. fi. ff. de rei vē. addo Bal. idē tenentē post Bart. in. d. l. ij. C. vbi in rem actio. in. v. col. in. xi. q. et idē Bal. in. l. vnica. C. de bis q potē. noīe. τ Inn. in. c. qm̄ frequēter. §. qd̄ si sup. extra vt lit. nō cōte. τ ibi idē tenet. d. Ant. in. ij. col. qd̄ dictū no. p exten-

87 sione. d. l. fi. ¶ † Et per illū tex. dicit ibi no. Ange. in. j. colū. q si emphyteota negat rem esse emphyteoticam.[b] et conuincat de

b mēdacio q priuaṫ iure suo emphyteotico. allegat etiā Inno. idē tenere in. c. ceterū. in fi. extra de iudi. l3 ɔriu3 videaṫ tenere bal. in. c. vasallus. el. j. si de feu. fue. ɔtro. iter do. τ agna. i. ij. col.

88 ṽ. extra q̄ro vtrū ista pena. ¶ † Et idē dicaṫ esse i vasallo negāte feudū: q2 nō ɔuincaṫ de mēdacio priuaṫ iure feudi. tex. est de

89 hoc no. d. c. vasallus. el. j. ¶ † Et aduerte q talis trāslatio possessionis que fit in casu. d. l. fi. fit officio iudicis incidentissime nouo libello sine lit. cōte. sine iuramēto calū. ita dicit glo. no. in §. illo quoq3. el. ij. in aut. de trien. τ semis. col. iij. in glos. magna in ver. legi. quā glo. reputat multū no. Bar. in. d. l. fi. τ Ang. de are. bic dicit eā esse meliorē que reperiaṫ in iure. τ illā glo. dicit esse singularē τ nō reperiri alibi. bal. in. l. fi. in pe. col. C. de exe-

90 cu. rei iudi. ¶ † Item aduerte q si in casu. d. l. fi. dicat reus cōuictus de mēdacio. dñe iudex non grauetis me in translatione possessionis: q2 hodie cōstat hodie agaṫ. τ statim volo pbare de dñio meo qd̄ tñ nō audiṫ. imo hoc nō obstāte ppter mendaciū puniendū trāsferṫ possessio in aduersariū. ita tenet Bal. in. d. l. fi. in. j. col. ad fi. τ in vlti. col. ad fi. τ in istis locis reputat hoc mirabile multū tenēdū mēti. q2 licet istud sit remediū adipiscēde possessionis. q tñ ei nō obstat exceptio dominij. τ hoc propter mendaciū. adde Bar. in aut. itē possessoꝛ. post glos. C. q potio. in pig. ha. τ do. Ant. in. c. penul. extra de iur. cal. τ ibi do. Abb.

91 Panoꝛmi. in. vj. colū. quos allegat. † Item aduerte quod eo ipso

ipſo ꝙ reus ꝯuentꝰ rei ven. negat ſe poſſidere debet actoꝛ eſſe
cautus ⁊ petere a iudice ꝙ mittat in poſſeſſionẽ illius rei tanꝙ
vacante: ⁊ iudex dꝫ illũ mittere. ita dicit Ang. ſe practicaſſe in
d.l.fi. ⁊ refert ⁊ ſimpliciter ſequitur .d. Bar. veroneñ. in cautela
92 ccxxv. ¶ †Quid aũt ſi reus nõ ſit mẽtitus in poſſeſſione: lꝫ in
qualitate poſſeſſiõis: puta qꝛ dixit falſum titulũ. An ſi cõuictꝰ
de mendacio debeat perdere poſſeſſionẽ. Bal. in.l. cogi. in pe.
colũ. C. de peti. here. tenet indiſtincte ꝙ ſic. vos aũt dicatis hoc
eſſe verũ qñ actoꝛ ꝓbaſſet illũ reum nõ poſſidere illo titulo: qꝛ
probaſſet ꝙ eũ habuit a furioſo tũc bene deberet puniri reꝰ in
trãſlatione poſſeſſionis ꝑ illã.l.fi. ſi reus nõ cõuincatur de mẽ
dacio. eo qꝛ ipſemet reus nõ ꝓbauit titulũ allegatũ tũc nõ pu
93 nireť in poſſeſſionis trãſlatione. †qꝛ ad hoc vt habeat locũ.d.
l.fi. nõ ſufficit ſolũ mẽdaciũ: ſꝫ requiriť etiã ꝙ actoꝛ ſit graua-
tus onere ꝓbandi. iſta oĩa ſunt verba Bar. in.d.l.fi. in.ij. colũ.
que v̾ba bene no. ad declarationẽ.d.l.fi. bñ facit. §. illud quoq̃.
94 el.ij. in aut. de triẽ. ⁊ ſemiſ. ¶ †Itẽ aduerte ꝙ ſi reus ſit menti
tus in parte ⁊ non in toto ꝙ non priuabiť tota poſſeſſione: ſed
ſolũ auferet ab eo illa pars in qua eſt mẽtitus. ita tenet Bal. ĩ
d.l. cogi. ad fi. Adde ad hoc gl. no. in ſimili. in.d.c. vaſallus. el.j.
ſi de feu. fue. contro. inter do. ⁊ agna. in gloſ.j. ⁊ ibi habetis tex.
95 no. in ſimili. ⁊ ibi late bal. examinat ĩ ſimilibꝰ terminis. ¶ †Et
quid ſi reus negat ſe poſſidere rẽ quã vẽdidit ⁊ pretium hꝫ an
habeat locũ.d.l.fi. vt reus puniatur in trãſlatione pretij illius
rei cũ pretiũ ſuccedat loco rei. ⁊ bal. in.d.l. cogi. in pe. col. tenet
ꝙ ſic ſi eſt indefinite interrogatus an poſſideat: ſecus ſi deter-
minate ſit interrogatus an poſſideat talem rem. de quo tñ ibi
96 plenius ꝑ eũ. †Itẽ aduerte ꝙ ad hoc vt habeat locũ.d.l.fi. ne-
ceſſe eſt ꝙ reus ſciret ſe poſſidere. ſecus eſt ſi ignoraret ſꝫ bar.
in.d.l.fi. ĩ.ij. col. ⁊ Ang. de are. hic ite intelligiť illã.l.fi. procede
re qñ reus negauit ꝑ dolũ vel latã culpã. al's illa.l. nõ haberet
locũ. ita no. voluit Bal. in.d.c. vaſallus. in.j. colũ. ⁊ ibi pulchre
97 ad hoc no. illũ tex. ¶ †Itẽ intelligatis.d.l.fi. ꝓcedere qñ reus
negat ſuper libello apto: ſecus ſi libellus fuiſſet ineptꝰ: qꝛ tũc
negãs nõ puniť ſm Bar. in.l. edita. C. de edẽ. in repe. paduana
98 in pe. col. ¶ †Itẽ ⁊ vlti. intelligatis.d.l.fi. ꝓcedere qñ reus ne
garet ſe poſſidere: ſecus aũt ſi rñdens libello diceret nego nar
rata ꝓut narrãtur eſſe vera: qꝛ tũc ꝑ talẽ negationẽ nõ diceret
negare ſe poſſidere. eo qꝛ ꝑ talẽ negationẽ videť negare id qȯ
eſt ſubſtãtia libelli: nõ aut eiꝰ circũſtãtias. iſtud fuit no. dictuꝫ
Bar. ⁊ nũꝙ delendũ memoria in.l. ſi dubiteť. §. ita demum. ff.
de fideiuſ. ⁊ hoc perpetuo no: qꝛ vtiliſſimũ eſt in actu practico
vt cõuentus nunꝙ neget ſe poſſidere ne incidat in penã.d.l.fi.
ſꝫ ſimpl'r neget narrata in libello prout narranť eẽ vera. ⁊ dicit
ibi Imo. al's ſe fuiſſe bene lucratũ de dicto iſto. ⁊ hoc etiã ſeqť
99 ipſe Imo. in.l. ſꝫ hoc ita. ff. de re iudi. ¶ †Et ex predictis oĩbꝰ
potes in actu practico colligere optimã cautelã ĩ practica ſm
quã etiã dicebat Ang. de are. hic vt actoꝛ qui reũ ꝯuenit ſemꝑ
a principio iudicij faciat interrogari reum an poſſideat vel de
tineat talẽ rem: qꝛ intẽdit intentare ꝯtra eũ actionẽ in rẽ. nam
ſi cõuẽtus dixerit ſe poſſidere poterit poſtea actoꝛ ſecure ꝯtra
eũ agere: qꝛ etiã ſi in veritate nõ poſſideat. tñ eſt oĩno condẽnã
dus: qꝛ ex hoc ꝙ in iudi. rñdit ſe poſſidere dꝛ liti ſe obtuliſſe.l.
is q ſe obtulit. ⁊.l. ſin aũt. in ꝓn. ff. de rei ven. ſecus tñ eſſet ſi nõ
appareret vel ꝓbareť ꝙ reus ĩ iudi. dixerit ſe poſſidere: qꝛ tũc
non poſſet reus ꝯdẽnari. etiã poſito ꝙ extra iudiciũ dixiſſet ſe
poſſidere ſꝫ Bar. in.d.l. is q ſe obtulit. poſſet tñ reus q ĩ iudi.
dixit ſe poſſidere cũ nõ poſſideret reuocare rñſionẽ ſuã añ lit.
cõte. ⁊ nõ poſt ⁊ eẽt abſoluẽdus.d.l. ſi is q ſe ob. ſin aũt ipẽ reus
cõuẽtus neget ſe poſſidere: ⁊ tũc ſi hoc verũ eſſe cõpertũ ſit nõ
eſt vlteriꝰ ꝯ eũ ꝓcedendũ ſin autẽ cõpertũ ſit eũ mẽtiri: qꝛ imo
poſſidet certe ꝯuictus de mẽdacio ſuſtinebit penã.d.l.fi. ff. de
rei vẽ. declaratã vt.ſ. ꝓxĩe ⁊ pulchre declaraui: qꝛ ꝓuabiť poſ-
ſeſſiõe ⁊ illa incõtinẽti in actorẽ trãſfereť. ¶ Succeſſiue iuxta
predicta qꝛ.ſ. vidimus ꝙ rei vẽ. cõpetit ꝯ poſſidentẽ vel euꝫ q
100 dolo deſijt poſſidere. †Querũt hic doc. nunqd rei vẽ. detur ꝯ
nudũ detẽtatorẽ: puta colonũ depoſitarium ⁊ ſil'es: ⁊ de hoc eſt
tex. no. ꝙ ſic in.l. officiũ. ad fi. ff. de rei ven. quẽ Ang. de are. hic
dicit eſſe meliorẽ de coꝛ. iur. bene facit tex. in.l. ſi ventri. §. in bo
nis. ff. de priui. credi. ⁊ hoc etiã tenet Bal. in.l.ij. C. vbi in rẽ ac.
in.iij. colũ. in.ij.q. ¶ Et ex hoc inferť ꝙ multomagis dareť rei
ven. ꝯ eũ q natural'r tñ poſſideret: vt eſt emphyteota vſufru-
ctuarius ⁊ ſil'es ſm bal. in loco ꝓxime preallegato. ⁊ hoc etiaꝫ
tꝫ Ioã. fab. hic ꝑ.d.l. officiũ. ⁊ bar. poſt glo. in.l. põponius. §. ſi
is q precario. ad fi. ff. de acq. poſ. ⁊ Ange. in repe.l. ſi quis vi. §.
dñia. in eo. tit. de acqui. poſ. in.xvij. col. quãtũ tñ eſt ad detẽtato
rẽ. Ioã. fab. hic refert doc. iur. cano. in.c. qm̃ frequenter. §. qȯ ſi
ſup. extra vt lit. nõ ꝯte. tenere ꝙ p̃dicta ꝓcedũt.ſ. ꝙ poſſit agi ꝯ
detẽtatorẽ qñ eſt incertũ vtrũ poſſideat vel detineat. quo caſu
bñ verũ eſt ꝙ pars põt agere ꝯ eũ: ita tñ vt ꝓcedať ſm formã.l.
ij. C. vbi in rẽ actio. ¶ Et aduerte ꝙ lex illa eſt ſingularis nec
alibi reperiť in coꝛꝑe iur. ciui. ſm ꝙ ĩ ea Bar. exoꝛdiť. al's autẽ
ſi actoꝛ ſciret eũ detinere ⁊ ageret: caderet a cauſa. que ſñia ſm
Io. fab. põt eſſe vera in his q noĩe alterius detinẽt. vt in colo-
nis ꝓpter quos inuẽta fuit illa.l.ij. ſic in alijs. puta ſi rex apud
te depoſuiſſem vel tibi cõmodaſſem ⁊ eã vendicarẽ clarũ eſſet
ꝙ nõ hꝫ locũ illa.l.ij. qnimo mutata ſñia ſubdit Io. fab. hic ꝙ
in omni caſu detinẽs q hꝫ facultatẽ rei reſtituẽde teneť. et põt
cõueniri niſi noĩet actorẽ ⁊ dñꝫ in iudicio. ⁊ dicat ſe velle rẽ de-
fendere: qꝛ tũc bñ ꝓcedereť ſm formã.d.l.ij. Addo iſtis ꝙ ang.
in.l. pompo. §. is q p̃cario. ff. de acq. poſ. dixit ſm Inno. in.d.§.
qȯ ſi ſup. ꝙ tũc demũ ꝯ ſimplicẽ detẽtatorẽ agi põt reali qñ du
bitať an ipſe poſſideat vel detineat. ⁊ in hoc ꝯcoꝛdat cũ verbis
Io. fab.ſ. rela. ſubdit poſtea Ang. ꝙ demõſtrato ꝑ eũ ꝙ merã
detẽtationẽ hꝫ debet abſolui ab obſeruatiõe iudicij. Et ſubdit
ꝙ poterit etiã ſi velit dñm noĩare ĩ iudicio ⁊ eũ defendere ꝑ.d.
l.ij. ſm Inn. in.d.§. is q p̃ca. ⁊ meliꝰ dixit ꝙ imo ad hoc vt ve-
niat abſoluẽdus detẽtatoꝛ dꝫ oĩo noĩare dñm ĩ iudicio ſi vult
euitare iudiciũ ꝑ.d.l.ij. vbi eſt v̾bũ dꝫ quod neceſſitatẽ ĩpoꝛtat
101 l. ſepe audiui ceſarẽ.ſ. de offi. preſi. ⁊.l.iij. C. de pig. †Aduertite
tamẽ ꝙ illud qȯ dixi ꝙ ꝯ detẽtatorẽ dať rei vẽ. ꝓcedit niſi vere
poſſidẽs offert ſe liti: qꝛ tũc talis detẽtatoꝛ nõ poterit ꝯueniri.
Ita voluit no. Inn. in.c. cũ ſup. in gl. ꝯſtiterit. ex̃ de ſen. ⁊ re iu.
102 ⁊ Imo. ĩ.l. ſepe. ff. de re iudi. in vltĩa charta. ¶ †Qualiter aũt
fiat executio in rei vẽ. intẽtata ꝯ nudum detẽtatorẽ ponit bal.
in aut. ei qui. C. de bo. aut. iud. poſ. ĩ.viij. col. ⁊ ibi dicit ꝙ actoꝛ
103 mitteť in illã aſininã detẽtationẽ. ¶ †An aũt ſñia lata ꝯ iſtuꝫ
alieno noĩe detinẽtẽ: puta ꝯtra colonũ facta execu. ⁊ re ad acto
rẽ trãſlata faciat p̃iudiciũ dño ſaltẽ in poſſeſſione. ponit Bart.
in.d.l.j. C. vbi ĩ rẽ ac. in.iij. col. ad fi. ⁊ ibi poſt Inn. determinat
ꝙ nõ: de quo etiã ꝑ bal. ⁊ Bar. in.l. officiũ. ff. de rei vẽ. ⁊ Bal. ⁊
Imo. in.l. peregre. §. quibꝰ explicitis. ff. de acq. poſ. ⁊ Bal. in.d.
l.ij. in.x.q. ¶ Et ex p̃dictis oĩbꝰ habetis ꝯcluſiue ꝙ rei ven. dať
cõtra illũ qui naturaliter ⁊ ciuiliter poſſidet vel naturaliter tm̃.
104 itẽ cõtra eum q tm̃ detinet. †Quid ergo ſi aliqs non poſſidet
nec detinet hꝫ tñ facultatẽ rei reſtituẽde: qꝛ põt rẽ habere quã
do vult an poſſit ꝯueniri rei ven. de hoc habetis gl. no. ꝙ ſic in
l. põponius. §. is q precario. ĩ gl. fi. ad quã ſe remittit Bar. ĩ.d.
l. officiũ. Adde tñ ꝙ ꝯtrariũ tenet Bal. in.c. qm̃ frequẽter. §. quod
ſi ſup. in vlti. col. vt lit. nõ cõteſta. Vltimo dubitant hic docto.
105 †an rei vẽ. ꝯpetat ꝯ ciuiliter tm̃ poſſi. dubiũ facit: qꝛ ciuiliter
poſſidẽs nõ hꝫ facultatẽ rei reſtituẽde: qꝛ ipſe non poſſidet nec
detinet rẽ: ergo vř ꝙ nõ poſſit teneri ꝑ.d.l. offm̃. in fi. gl. tãgit
⁊ nõ firmat in.d.§. ſi is q p̃cario. ⁊ glo. ĩ.d.l.ij. C. vbi ĩ rẽ actio. in
glo.j. diſputat arguẽdo ad ꝑtes: ⁊ poſtmodũ nihil firmare vř.
ſed glo. in rub. ff. de rei vẽ. exp̃ſſe firmauit ꝙ ſic.ſ. ꝙ rei ven. cõ
petat contra tm̃ ciuiliter poſſidẽtẽ. ⁊ iſtud tenẽt cõiter doc. hic.
vt Nic. de nea. Io. fab. Ang. de are. ⁊ Bar. ĩ.d. rub. ff. de rei vẽ.
⁊ Bar. in.d.§. is q p̃cario. ⁊ Bar. in.d.l.ij. in vlt. col. ⁊ ibidẽ bal.
in.iij. col. in.j.q. ⁊ ꝑ hoc dicunt oẽs eſſe caſum in.l. cuiuſcũq̃. §.
ſi fundus. ff. de vſuf. ⁊ in.l.iij. §. fi. ff. ad exhi. de quo etiã videte ꝑ
do. Ant. de bu. in.c.j. ex̃ de re iudi. ⁊ in.d.c. qm̃ frequẽter. §. qȯ ſi
ſup. extra vt li. nõ ꝯte. ꝑ bal. ĩ.l. ꝯſentaneũ. ĩ.v. col. C. quõ et qñ
iu. ꝑ Spec. in ti. de ac. emp. §. ſequiť. v̾. ſꝫ nũqd. ꝑ Ang. in repe.
l. ſi qs vi. §. dñia. in.xvj. colũ. ff. de acq. poſ. ꝑ Ange. ⁊ Imo. in.l.
106 ſerui noĩe. ff. de vſucap. †Et aduerte ꝙ ſi iſte ciuiliter poſſidẽs
hꝫ facultatẽ rei reſtituẽde: tunc res eſt plana ꝙ põt fieri execu-
tio ꝯ eũ. ſi v̾o nõ hꝫ facultatẽ rei reſtituẽde tunc ſm Io. fab. hic
ſi petiť ius qȯ ciuiliter poſſidẽs dicit ſe habere in re: ⁊ tũc illud
ius reſtituere vel melius illud ius dimittere. ⁊ ad hoc ꝙ ĩ ſola
ciuili cadat reſtitutio allego gl. no.l. ꝑmiſit. in.§. ſpẽs. in glo. fi.
ff. de acq. poſ. cũ illa reſtitutio poſſit ſolo v̾bo fieri. Reperio ta
107 mẽ ꝙ bal. alibi ĩ aut. ei.q. C. de bo. aut. iu. in.ix. col. dixit †ꝙ ĩ rei
vẽ. intẽtata ꝯ ciuiliter tm̃ poſſidẽtẽ fiet executio hoc modo: qꝛ
induceť actoꝛ in fundũ coꝛpoꝛaliter detẽtaturꝰ ſꝫ ꝑinde ciuili-
ter poſſeſſurus. alleg. no. in.d.l.ij. C. vbi in rẽ actio. ⁊ ad hoc qȯ
ꝑ ſola ciuili ꝯſequẽda poſſit iudex mittere in poſ. tenet ⁊ ꝓbat
ipſe Bal. in.d.l.ij. in.iij. col. in.j.q. ⁊ ibidẽ refert Guil. de cu. te-
nentẽ ꝙ ſi ciuiliter poſſidẽs nõ hꝫ facultatẽ rei reſtituende dꝫ
p̃ſtare cautionẽ ꝙ ſi res ad eum ꝑueniat ꝙ eã reſtituet ſicut cũ
agiť ad ſeruum q eſt in fuga.l. ſi a bonefidei. ⁊.l. ſi nõ cuſtodiẽ-
dus. ff. de rei vẽ. lꝫ Bal. dicat ꝙ ille.ll. loquũtur in re mobili in
qua p̃ſtat cautio de qua.ſ. ſecus eſt ſm eũ in re immobili: cum
108 illa ſe exhibeat ⁊ iudex poſſit mittere ĩ poſ. ciuilẽ. ¶ †Nunqd
aũt ſñia lata ꝯtra ciuiliter poſſidẽtẽ p̃iudicet naturaliter poſ-
ſidẽti. habetis gl. ꝙ nõ in.d.l. põpo. in.§. ſi is qui p̃cario. in gl.
fi. ad fi. ⁊ ibi bar. ĩ fi. de quo etiã ꝑ Ang. in preal leg. repe.l. ſi qs
109 vi. §. dñia. de acq rẽ. poſ. in.xvij. col. ¶ †An aũt poſſidẽs ciui-
liter tantũ poſſit ipẽ intẽtare rei vẽdi. dic ꝙ ſic. ita eſt glo. no. in
l. clam poſſidere. §. qui ad nũdinas. ff. de acq. poſ. in glo. fi. ma-
gna in verbo nec clam. poſt mediũ. ⁊ ibi Bar. in vlti. col. ponit
etiã Bal. in.l.j. §. interdictum. ff. vti poſ. ⁊ iſta ſufficiãt quantũ

ad ea que requirunť ex parte rei. ⁊ ꝯsequēter p ista sit expedita hec no. materia rei ven. ¶ Gl. in verbo corporalē. que ſm ordinē tex. debet pcedere aliā gl. in vbo possideat. quā. s. prime legimus. sʒ ego habeo cām proseqūedi non est tñ vis in hoc. hec
110 glo. vult φ incorporalia nō pñt vendicari. † ⁊ sic habetis φ rei vēdi. nō dať ad incorporalia. istud tñ limitabitis nisi incorporalia venirēt accessorie ad rē corporalē: puta si peterē castrū cū iuribus ⁊ pertinētijs ſm Jo. fab. hic in. iij. q. prin. quā ponit in materia rei vē. allegat Inno. in. c. cū ad sedē. extra de resti. spo. Addo φ ad hoc bñ facit. l. i. §. h̄ iterdictū. iūcto. §. si fundus. ff. de vi ⁊ vi ar. vbi lʒ illud interdictū nō deť: nisi p reb⁹ immobilib⁹: tñ datur etiā p rebus mobilibus in cōsequētiā venientibus. ⁊ ita p istas. ll. tenet Jo. de imo. in. c. examinata. extra de iudi. mot⁹ etiā p ibi no. p Inn. in. c. cū venerabilis. extra de reli. domi. de quo etiam p Ang. in repe. l. si qs vi. §. dñia. ff. de acq.
111 pos. in. xix. col. † ⁊ φ valeat dictus libellus peto castrū cū iuribus ⁊ pertinētijs. tenet Bal. in. l. edita. C. de edē. in repe. paduana. in. xix. col. ¶ Glo. fi. in verbo dicat. vult φ reus nō conuentus rei vē. nō habet necesse probare se dñm imo nec allegare: q² actore nō pbante reus est absoluendus etiā si nihil ipse prestiterit. d. l. qui accusare. allegata in glo. de quo tñ dicite vt plenius p doc. ibi vbi est materia. ⁊ ibi p Bal. Ex cui⁹ dictis posset hec glo. multipliciter limitari. sʒ vos dicite fortius φ imo etiā si reus assumpsisset in se onus pbandi ⁊ arctasset se ad probādū de iure suo. ⁊ nō pbaret φ tñ ppter hoc reus nō deberet cōdēnari nisi actor ex aduerso de iure suo pbasset. glo. est no. in. l. circa. ff. de pba. in gl. fi. quā glo. Bar. ibi no. ⁊ reputat mēti te-
na illata per inquilinū. Ad hoc non scirē aliud rñdere nisi dice
rem ꝙ īmo dñs nō semp possit facere inclusionē bonoꝝ: sed tūc
demū qñ inquilinꝰ cessat in solutione pēsionis. ita voluit Bar.
in. d. l. est differētia. qui ita ad hoc no. illū tex. ⁊ sic patebit non
esse facile dño habere notitiā rerū inductarū per inquilinū etiā
per inclusionē. Et per hāc glo. cum eius rōne Ja. de rauē. quē
refert Nico. de neap. hic in tertia opi. glo. reprobat quādā glo.
in. l. j. in fi. in glo. in ver. in nauē. ff. nau. cau. stabu. que glo. vult
32 ꝙ † nauta caupo ⁊ stabularꝰ ita demū teneanť de bonis eis cō
signatis per hospites si sciuerint qui ⁊ quales essent ille res: qꝛ
imo ſm Ja. istud esset summe iniquū: cum intersit hospitantiū
plerūqꝫ eoꝝ bona nota non esse: vt hic habuistis. ⁊ sepenume-
ro possit eis īminere periculū vite ob res patefactas. addo qꝺ
illā etiā glo. repħēdit hacmet rōne Cy. in. d. l. certi iuris. C. loc.
et ibi ponit late Bal. in. ij. oppo. ad qꝺ etiā videatis que tradit
Bar. in. l. j. §. j. ff. fur. aduer. nau. vbi Bar. tenet de directo ꝯtrariū
in vno: qꝺ etiā vult mirabiliter Nico. de neap. in loco prealleg.
33 vbi vult Nico. † ꝙ sufficit quātitatē rerū amissarū probari per
a solū sacramētū hospitātis[a] si alꝭ sit ꝑsona honesta. hoc repħē-
dit ibi Bar. ⁊ ponit quō alio modo possit ꝓbari quātitas rerū
34 amissarū. ¶ † Ex p̄dictis omnibꝰ ⁊ ex hac glo. habetis vnā dif-
ferentiā inter illata in prediū vrbanū: ⁊ illata in prediū rusticū.
Alia differētia potest colligi ex. l. solutū. §. solutā. ff. de pig. act.
et ibi glo. in ver. tenebunť. ⁊ ibi Bar. prope fi. iuncta. l. si in lege.
§. si colonꝰ. ⁊ ibi glo. vnica. ff. loc. ⁊ in. l. gratuitā. in p̄n. in glo. j.
ff. in qui. cau. pig. taci. ꝯha. nam si inquilinus locet alteri domū
aut partē ꝯductā bona illata per secūdū inquilinū sunt etiam
hypothecata dño tacite. Si autē colonꝰ locet alteri prediū ru-
sticum: aut partē bona illata per secūdū colonū non sunt tacite
hypothecata dño: ⁊ diuersitatis ratio sit illamet quā hic ponit
glo. ⁊ in. d. l. certi iuris. ¶ Aduerte tñ in hoc qꝺ lꝫ Bar. in. d. §.
solutā. ante fi. ita teneat. aliter tñ tenet in. d. §. et si colonꝰ. quod
non aliter pro nunc examino. videatis in locis preallť. ¶ In fi.
35 glo. Habetis † ꝙ inducta in p̄diū tam vrbanū ꝙ̄ rusticū ita de-
mum sunt tacite obligata ad pēsionē qñ eo animo sunt illata:
vt ibidē perpetuo maneāt: ⁊ ītelligite ꝑpetuo. i. ꝙ̄diu durabit
locatio: vt inquit glo. j. in. d. l. debitor. ⁊ glo. ij. in. d. l. certi iuris.
in ver. induxerint. ⁊ in simili tex. in. l. j. in p̄n. ff. pro socio. Et cir
ca hanc ꝯclusionē dubitat ⁊ multū ꝓbabiliter Nico. de nea. hic
in. iiij. opp. glo. post Rodul. de auricu. quia ſm hanc ꝯclusionē
sequiť maximū absurdū ꝙ nūꝙ̄ bona illata essent tacite hypo-
thecata: quia semp dicet ille qui intulit ego nō intuli eo animo:
vt ibidē perpetuo essent. ⁊ p̄sumēdū est quēlibet ita dicturū esse
cum in dubio nemo p̄sumať velle iactare suum. vulgata. l. cum
indebito. in prin. ff. de ꝓba. ⁊ sic inuitabiť quis ad mentiendū:
cōtra. l. ꝯuenire. in prin. ff. de pac. dota. ad hoc respōdebāt ipsi
ꝙ lex que introducit hanc tacitā obligationē semper est certa
quo animo introducta sint bona: que solu. nihil est. Melius er
go est dicere prout etiam ipsimet sentiūt ꝙ istud iudicabiť ſm
cōmunē estimationē ꝯsideratis bonis ⁊ eorum qualitate an ta
lia sint: vt verosimile sit illum eo animo induxisse: vt ibidē per-
36 petuo essent. † Posset etiā circa p̄dictā ꝯclusionē glo. dubitare
nōne fructꝰ ꝑcepti sunt tacite hypothecati. d. l. in p̄dijs. in p̄n.
intantū qꝺ notabiliter dixit Bal. in. l. edem. in fi. j. col. C. loca. ꝙ
fructꝰ secatos ex fundo: ⁊ adhuc intra fundum existētes potest
dñs loco pignoris retinere ⁊ ꝓhibere ne colonꝰ exportet: ⁊ ta-
men expeditū est ꝙ fructus ibidē non debent remanere perpe
tuo. ergo ꝯclusio glo. non est vera: sed facilis est solu. Nam con-
clusio ꝓcedit in rebus que inducunť vel inuehūtur in funduꝫ.
quo casu semper vera est ꝯclusio glo. nostre: vt ita demuꝫ tacite
sint obligate si inducanť eo animo vt ibi perpetuo sint: nos au
tem loquimur in fructibꝰ qui non inducunť: sed ibidē in fun-
37 do nascunť. vnde regula p̄dicta nō ꝯsideratur. † Et aduerte di-
ligenter ꝙ illud qꝺ dixi fructus ꝑceptos esse tacite pignoratos
ob pensionē ꝓcedit in fructibꝰ naturalibus: secus autem est in
fructibꝰ industrialibꝰ: quia illi non sunt tacite obligati ad pen
sionem. istud est qꝺ in terminis dicit sing. Bar. in. l. assiduis. C.
qui potio. in pigno. hab. in. ij. col. in versi. quero an habeat locū
38 ista tacita hypotheca. ¶ Aduertite etiā † ꝙ ꝙ̄uis fructꝰ natu-
rales percepti sint taciti pignorati. vt. s̄. dixi. prediū tamen em
ptuꝫ ex pretio fructuū perceptoꝝ non est tacite pignoratū: nec
succedit in locum pretij aut fructuū perceptoꝝ. casum habetis
notabilē in. l. iij. que inci. quāuis. C. in qui. cau. pig. taci. ꝯha. et
39 est ratio † quia in hypotheca res nō succedit loco pretij nec ecō
tra. casum habetis sing. in. l. j. iuncta glo. ff. de distra. pig. quem
dicit Barto. se nescire alibi in. l. qui a debitore. in prin. ff. que in

frau. credi. quem tex. etiā habet pro singulari Ang. in. l. si rem.
40 in prin. ff. de peti. heredi. ¶ † Stat ergo ex glo. ⁊ ex p̄dictis cō-
clusio ꝙ illata in predium tam vrbanū ꝙ̄ rusticū: ita demū ta-
cite sunt pignorata: quando eo animo sunt illata vt ibidē per-
41 petuo sint. Et ex hoc potestis inferre primo † ꝙ ꝙ̄uis noīa de-
bitorum seu instrumēta vel chirographa obligationū possint
expresse pignorari ⁊ generaliter ⁊ specialiter. vt. l. nomē. C. que
res pig. obli. pos. si tamen inferanť vel inducanť in domū con-
ductam non erunt tacite pignorata ob pensionē: quia non in-
ducuntur eo animo vt ibi perpetuo remaneāt: sed ad tempus:
idest donec soluať debitū. ita tenent cōmuniter doc. hic: vt Jo.
fab. Ang. de are. ⁊ Nico. de nea. in. v. q. ex glo. ⁊ Ray. Cy. ⁊ Sali.
42 in. d. l. certi iuris. † Facit etiā optima rō quia noīa non ꝯscribū
tur loco: ⁊ ideo si testator legaret domū alicui cum omnibꝰ his
que in ea sunt: si in ea esset nomen debitoris siue instrumētum a
b non venirēt in legato.[b] casum habetis no. in. l. caius. in prin. et
ibi Bar. ff. de leg. ij. per quem tex. videatis esse notabilē qōneꝫ
quam alibi decidit Bar. in. l. ij. C. que res pig. obli. pos. ¶ Pro
hoc etiam ego adduco qꝺ voluit glo. multum sing. in. l. iij. et est
43 glo. vnica ſm sol. Azo. C. de here. act. que dixit † ꝙ in tacita hy-
potheca quam habet vxor in omnibꝰ bonis mariti ⁊ econtra
non veniūt nomina debitoꝝ: ꝙ̄uis enī illa exp̄sse possint obli-
gari in tacitam tamen obligationē non cadunt. ⁊ illam glo. in
hoc habet Bar. ibi pro multum singulari: illam etiam reputāt b
sing. ad hoc Ang. ⁊ Sali. in. d. l. nomē. C. que res pig. obli. pos.
c de cuius glo. veritate videatis tamē Bar. ⁊ Ang. in. d. l. iij.[c] C.
de here. act. ad idem firmandū ego etiam adduco tex. opti. in. l.
44 vxorem. §. legauerat. ⁊ ibi Bar. ff. de leg. iij. ¶ † Secūdo prin-
cipaliter potestis ex hac glo. inferre ꝙ merces ⁊ alie res vena-
les: ⁊ pecunie illate in domum conductā non sunt tacite pigno
rate: quia non inferunť eo animo vt ibidē perpetuo maneant
propter eoruꝫ frequentē ⁊ celerem motū. ⁊ ita simpliciter tenet
Ang. de are. hic. ⁊ ante eum ita tenet in terminis Bal. in. d. l. cer
ti iuris. in. vj. q. vbi pro hoc allť. opti. tex. in. l. generali. §. vxori.
45 ff. de vsufr. le. vbi est tex. no. † ꝙ si testator legat vxori sue vsum
fructum domus ⁊ omniū rerū que in ea sunt: in hoc legato nō
veniunt ea que mercis causa cōparata sunt: nec ea que venalia
46 ibi essent. ⁊ per illum tex. no. ibi sing. Bal. † ꝙ si testator relin-
quit vxori sue omnia que habet in domo in hoc legato non ve
nit frumentū qꝺ testator habebat in domo causa vendēdi. ⁊ ad
hoc mandat Bar. tex. illum teneri menti. ⁊ idem etiā dicit Bal.
in rub. C. de verb. signi. in. iiij. q. ad ista etiam facit bene tex. ille
quem proxi. allť. in. d. l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. iij. ⁊ dicit
47 Bal. in. l. fi. C. de cōpen. ꝙ in. d. §. legauerat. est casus no. † ꝙ pe c
cunia semper videtur alienationi parata: ergo nō inferť vt ibi
perpetuo maneat. quod vltimū intelligite sane ſm quod decla
rat Bar. post glo. in. d. §. legauerat. ne sit cōtra. l. si chorus. §. j.
cum simi. ff. de leg. iij. ⁊ ita etiam in p̄dictis residet Lud. roma.
in. l. si ꝯstante. in prin. ff. sol. ma. in. iij. parte principali. Sed ad-
uertite qꝺ illud quod. s̄. dixi de pecunia non ꝓcederet in obli-
gatione generali exp̄ssa: quia in ea venit etiam pecunia. tex. est
48 etiam planus de hoc in. l. cum tabernā. §. fi. ff. de pig. ¶ † Iteꝫ
aduerte circa aliud qꝺ. s̄. dixi. de mercibꝰ ⁊ alijs rebus venali-
bus: vt non veniant in tacita hypotheca: quia in ꝯtrium multū
fortiter stringit tex. in. l. cum tabernā. in prin. ff. de pig. ad quē
tex. rñdebat Bal. in. d. l. certi iuris. in. vj. q. ꝙ si merces ille ve-
nales erant exp̄sse obligate: que solutio multū diuinat ad illuꝫ
tex. ⁊ propterea per tex. illum vacillauit ipsemet Bald. nam in
49 rub. C. de ver. signi. in. iiij. q. dicit † ꝙ p̄dicta que habēt ꝙ in le-
gato generaliter non veniūt merces venales loquūtur ⁊ proce
dunt in vltimis volūtatibꝰ: secus autem est ſm eum in ꝯctibꝰ
in quibꝰ veniūt tam venalia ꝙ̄ non venalia: per. d. l. cum taber
nam. in prin. que solutio iudicio meo non habet rationē: ⁊ po-
tius deberet esse totum ꝯtrium: nam si in ꝯctibus in quibꝰ oīa
stricte aguntť iuxta vulgatā. l. veteribus. ff. de pac. ⁊ l. quicquid
astringēde. in prin. ff. de ver. obli. veniūt tam venalia ꝙ̄ non ve
50 nalia † quāto magis deberēt venire in vltimis volūtatibus in
quibꝰ latior ⁊ exuberātior fit interp̄tatio. iuxta. l. in testamētis.
51 ff. de reg. iu. Reperio itaqꝫ in principali articulo † nūquid in ta
cita hypotheca veniant merces venales. Bar. in. l. si ꝯstante. in
prin. ff. sol. ma. in. iij. q. iij. partis princi. sentientē ꝙ sic. ibi enim
dixit ꝙ vxor agit hypothecaria ad merces venales mariti si ta
men vēdite non sint per maritū. ⁊ sic sentit ꝙ tacita hypotheca
quā habet vxor in rebꝰ mariti cōprehendit etiā merces vena-
les: ⁊ qꝺ istud nedū sentiat imo velit Bar. si bene legatur. dixit
Bal. in. d. l. cū tabernā. in p̄n. in recollectis. ⁊ istud idē exp̄sse tꝫ
Bal. sibi ꝯtrius in. l. vbi adhuc. in. viij. col. C. de iu. doti. ⁊ ibi di-
cit ꝙ illa. l. cum tabernā. est multū sing. ad hoc. ibidē etiā sub-
dit ipse Bal. ꝙ illud dꝛ qꝺ in. d. l. cū tabernā. in prin. s. in gene-
rali obligatione siue hypotheca venire etiam merces venales
est verū: tunc tantūmodo si postꝙ̄ incepit pōt agi ante aūt mi-

a ¶ Hospitātis. Adde Frā. aret. in. l. qui accusa-re. in fi. C. de edē. et in. l. in actioni bus. C. de condi. ob cau. ⁊ qꝺ ibi-dem ad euꝫ dixi in apostil.

b ¶ Legato. Sed quid de noībus debitoꝝ ꝯtentis in instrumētis ⁊ in castro legato repertis: an tūc veniāt in legato castri. dic vt per Oldr. ī ꝯsi. clxiij. sed qd de noībꝰ ad penas an ve-niāt appellatiōe mobiliū legato-rum. vide Old. in cōsi. ccxviij. et nūquid veniant ī obligatiōe om niū bonoꝝ. vide Pau. de cast. in consi. cccxciij.

c ¶ L. iij. Ubi vi-de Bal. qui dicit ꝙ noīa debitoꝝ veniūt etiā in ta cita hypotheca bonorū genera-li in bonis mari ti pro dote sicut exp̄ssa intelligen do de noībꝰ pre-sentibꝰ: ⁊ non de futuris: et facta prius discussiōe de bonis mariti nisi in instrumē-to sint mandate directe.

nime. qd no. quia maxima limitatio ad illum tex. ¶ Aduertite
etiã q ille tex. videt velle q in generali hypotheca non veniãt
nisi ille merces q̃ reperiunt tpe mortis debitoris. potestis ad-
dere vel que reperiunt tpe quo agi põt: vt vult Bal. in. d. l. vbi
adhuc. ꝛ. s̃. pxi. retuli. ꝛ si volum⁹ tenere hanc vlti. opi. que ha-
bet q merces venales veniũt in tacita generali hypotheca que
reperiunt tempore quo agitur possumus respõdere ad. l. debi
tor. ꝛ ad. l. prediis. all. in glo. que volunt q ita demũ tacite pi-
gnori obligent illata qñ sunt illata eo animo vt ibidẽ maneãt
perpetuo: quia pcedunt q̃tum ad hoc vt vsq ab initio intelli
gantur esse tacite obligata: nisi enim eo animo nõ sint inducta
non possunt vsq ab initio dici tacite obligata. Sed q̃tum ad
hoc vt dicant tacite obligata eo tempore quo agi possit ad pen
sionem ꝛ non ante non requirit q eo animo sint inducta vt ibi
perpetuo maneãt: sed sufficit q illo tempore reperiant in pre-
dium cõductũ. que solutio colligit ex verbis doctorũ quos. s̃.
proxime retuli. Et si ista sol. est vera est maxima: ꝛ sing. limita-
tio ad. d. l. debitor. ꝛ ad. l. prediis. §. j. all. in glo. Apud me tamẽ
non est sine magno scrupulo: ꝛ omissa violatiõe que fit ad illas
leges non video que vtilitas sit aut sequatur an merces sint a
principio tacite obligate: an postea tunc demũ quando agi po
test: nullam enim habet vtilitatẽ illa tacita hypotheca a princi
pio. ea enim non obstãte potest res alienari nec in recipientem
transit onus tacite obligationis anteq̃ bona illa sint inclusa. l.
est differẽ. ff. in qui. cau. pig. taci. cõtra. secus autem in tacita hy-
potheca. illa enim bene trãsit cum onere. l. si debitor. ff. de distr.
pigno. Item ex illa tacita hypotheca alius effectus non potest
resultare nisi qñ agi potest ad pensionẽ. ꝛ in hoc non erit vtili-
tas an sit a principio ista tacita hypotheca. an vero tempore quo
agi põt vñ puto min⁹ periculosa3 esse primã opi. quã. s̃. retulit
que est magis cõis apud doc. cogitate tñ si tñ vultis tenere opi.
Bart. s̃. relatam potestis dicere vtilitatẽ esse eo casu quo essent
plures creditores: nam vtilitas esset q vsq a principio res es-
sent hypothecate per reg. qui prior est tẽpore ꝛc. ¶ Successiue
iuxta pdicta doc. hic. vt Jo. fab. ꝛ Ang. de are. annectũt nõnul
las succedaneas questiones quas ego paucis ꝛ per ꝯclusiones
52 expediam. Querunt ergo in primis † an res illate per emphy-
teotam in re emphyteotica dicant esse tacite obligate pro pen-
siõe vel canone: ꝛ determinat Jo. fab. q sic: per. l. imperatores.
ff. de publi. per. l. j. C. in qui. cau. pig. taci. cõtra. per. l. j. C. si pter
publi. pensi. que leges nihil faciũt: quia loquũtur quo ad fiscu3
cuius respectu nedum bona illata: sed vniuersaliter alia bona
sunt obligata: vt dictis legib⁹. idem etiam tenet Bal. in. d. l. cer
ti iuris. in. v. q. vbi dicit q istud etiam procedit in emphyteota
ad longum tempus qui q̃uis dicatur habere vtile dñium. vt
l. j. §. qui in perpetuũ causa vulga. ff. si ager vecti. tamen largo
modo dicitur emphyteota. all. §. adeo. cum ibi no. s̃. loca. ꝛ idẽ
etiã tenet Ang. ꝛ Sali. in. d. l. certi iuris. ꝛ Ange. de are. hic ad-
do qd alibi dicit Bal. in aut. si quas ruinas. in. v. col. C. de sacro
san. eccle. q res ipsa emphyteotica est tacite obligata pro cano
ne seu pẽsione. all. ad hoc tex. quem dicit esse tenendũ menti in
§. scire. in aut. de non alie. ꝯsiderabitis si tex. ille hoc dicit. et an
verum sit dictũ suum. videatis omnino Jo. de imo. in. l. quod
dicitur. in. vij. col. ff. de verb. obli. ꝛ eundẽ Jmo. post alios in. c.
potuit. super glo. iij. ex de loca. per Ang. in. l. si vniuersas. C. ne
53 rei domi. vel tem. ¶ Item dubitat † an res aliene illate in pre-
dium ꝯductũ dicantur esse tacite hypothecate necne. ꝛ illud est
expeditũ q si sunt inducte sciente ꝛ ꝯsentiẽte eo qui est dñs re-
rum q sunt tacite hypothecate. vt est glo. approbata per oms
in. l. item quia. in prin. in ver. inuecta. ff. de pac. ꝛ idem dicit etiã
Bal. in. d. l. certi iuris. in. vij. q. si res alienate illate essent bona
fide possesse per tex. illum no. in. l. si ab eo. ff. de pigno. ꝛ ita etiã
54 transit simpliciter Ang. de are. hic. ¶ † Sed pulcrum dubiu3
est an eoipso q ille cuius sunt res scit ꝛ patitur res suas per cõ
ductorem inferri in domũ conductã videatur per hoc cõsenti-
re adeo q res ille sint tacite pro pensione hypothecate. glo. no.
et singu. in hoc in. d. l. certi iuris. in glo. fi. in ver. quoq. tenet q
sic. cõtra quã glo. tenẽt omnes in. d. l. certi iuris. ꝛ ibi Cy. in. iij.
q. post Ja. de are. ꝛ Bal. ibidẽ in. vij. q. ꝛ ibidẽ etiã Sali. ꝛ cõtra
illã glo. tenet etiã Bal. ꝛ cõiter alij in. d. l. item quia. in prin. ꝛ cõ
trariũ tenẽt Jo. fab. ꝛ Ang. de are. hic quia fm pfatos doc. sola
sciẽtia ꝛ taciturnitas nõ nocẽt dño nisi etiam sit dolus admist⁹
vt quia fm Jo. fab. hic inquilin⁹ accõmodasset rem suã dño ad
istũ finem vt ditior videret ꝛ cõsequẽter vt locatorem alliceret
ad locandũ: vel quia dñs passus est inquilinũ asserẽtem illam
vt propriã suã rem inferre. vt est tex. no. in. l. si fine. C. ad velle. ꝛ
in. l. ij. C. si alie. res pig. data sit. ꝛ ita contra glo. preall. videt se
habere cõis opi. Tñ cum illã glo. ꝯcedat supreme autoritatis
a Bar. in. l. que dotis.[a] in vlti. col. ff. sol. ma. vbi formaliter dicit
55 Bar. † q quotiescũq potest aliquis cõdicẽdo actũ impedire: vt
in terminis nostris tunc tacẽs semper psumitur cõsentire: nec
requirit fm Bar. q ipse tacens taceat dolo vel in fraudẽ: quia
semp siue dolo taceat: siue non psumit cõsentire. ꝛ ita etiã dicit
tenere Ja. but. mouet Bar. per rationẽ. l. sepe constitutũ. versi.
cur autem. ff. de re iudi. ꝛ per glo. no. in. l. fideiussor. §. pater. in
ver. manifestũ. ad fi. ff. de pig. No. idem glo. in. l. caius. in glo. fi.
in ver. non obesse. circa med. ff. de pig. act. ꝛ cum illa glo. in. d. l.
certi iuris. tenet etiã expsse Ang. in. d. l. item quia. in prin. ꝛ ista
secũda opi. mihi magis placet quã etiam reperio tenuisse do.
Alex. de imo. in. d. l. item quia. in prin. ꝛ ad all. in cõtrium. ꝛ ad. d.
l. si fine. C. ad velleia. ꝛ ad. d. l. ij. C. si alie. res pig. da. sit. Respõ-
56 dete prout rñdet Bar. in. d. l. que datis. in pe. colũ. ¶ † Addite
etiam q res aliena in qua quis h3 publicianã inuecta in pdiu3
conductũ semp est tacite hypothecata: per tex. illũ no. in. l. si ab
eo. ff. de pig. ibi dicit tex. ad literã q quecũq tuetur pretor per
publicianã eius creditor tuet per seruianã. ꝛ põdero istud ide3
velle Bal. in. d. l. certi iuris. in. vij. als in. x. q. ꝛ Ang. de are. hic
quos. s̃. pxi. retuli dũ volũt q res aliene si sunt bona fide pos-
sesse inuecte semp dicunt esse tacite hypothecate. si sic est ecõtra
rio si inferunt res aliene pro quib⁹ cõpetunt publiciana semp
dicent tacite hypothecate cũ publiciana nequeat cõpetere nisi
bona fide ꝯcurrẽte. §. sed iste. s̃. eo. ꝛ idem sentit Bar. in. l. si re3
alienã. in. j. opp. ff. de pig. act. dum vult q res aliene in quibus
habet quis titulũ ꝛ bonã fidem: ꝛ ꝯsequẽter publicianã põt pi
gnorari sine ꝯsensu aut volũtate dñi: per. d. l. si ab eo. ff. de pig.
et istud pro firmo teneatis q̃uis alleget Bal. qui tenet cõtriu3 in
57 d. l. item quia. in prin. ¶ † Quid autem si minor ꝯduxit domu3
et in eam res suas intulit an bona isti⁹ minoris inuecta ꝛ illa-
ta in domũ ꝯductã erunt tacite hypothecata necne: glo. in. d. l.
item quia. in prin. in ver. inuecta. ad fi. tenuit q non. de quo ar-
ticulo habetis abũdãter per Bar. Bal. Ange. ꝛ alios ibi. ꝛ per
Bar. ꝛ omnes in. l. si ꝯstãte. in prin. ff. sol. ma. in. iiij. q. iij. partis
principalis. per Cy. ꝛ oẽs in. d. l. certi iuris. in. v. q. ꝛ ibi Bal. in
viij. q. ꝛ ibidẽ per Ang. ꝛ Sali. ꝛ per omnes hic. Jo. fab. Ange.
de are. ꝛ Nico. de neap. in. iiij. q. ex glo. cõis opi. est in terminis
58 nostris: quod no. tangit etiã Jo. fab. hic † quid de personis ec-
clesiasticis inferẽtib⁹ res ecclesiasticas in predia ꝯducta an res
ille dicant tacite hypothecate. dicite vt hic per eum: ꝛ per Bal.
59 in. d. l. certi iuris. in. viij. q. prin. Querit etiam Jo. fab. † si pater
dedit licentiã filio exercẽdi aliquã negotiationẽ siue mercãtiã:
et filius ꝯduxerit domũ vel apothecã necessariã pro illa mer-
cantia ꝛ in ea intulit aliquas res patris: an erũt tacite obliga-
te pro pẽsione: ꝛ determinat q sic: per. l. si pmittẽte. C. ad mace.
quia qui vult ꝯsequẽs videt velle omne necessariũ antecedens
ad illud vulgarib⁹ iurib⁹. ꝛ fm hoc patet rñsum ad. l. dñs. ff. qd
iussu. vbi videat prima frõte tex. expssus in cõtrium. Vos addite
60 q † res inuecte in tantũ sunt obligate pro pẽsione dom⁹ necessa
rie ad earũ ꝯseruationẽ q habens talẽ tacitã hypothecã q̃uis
b sit posterior tñ prefert alijs creditorib⁹ anteriorib⁹.[b] tex. est in
l. interdũ. cum. l. seq. ad fi. ꝛ ibi no. Bar. ff. qui pot. in pig. habe.
61 ¶ † Querit etiã Jo. fab. hic. si res illate in domũ ꝯductas sunt
multũ ptiose: pensio aũt dom⁹ sit modica an poterint insolidũ
retineri. an vero solũ pro quãtitate pẽsionis. ꝛ determinat ipse q
solũ pro quãtitate. all. ad hoc. l. moschis. l. emili. ff. de iu. fisci. et
l. ij. C. de debi. ciui. li. xj. ꝛ. l. est differẽtia. ff. qui. mo. pig. ta. cõtra.
et aut. ei qui. C. de bo. aut. iud. pos. de quo ego dubito p. l. quã-
diu. C. de distra. pig. ꝛ. l. creditorib⁹. ff. de distra. pig. ꝛ qd voluit
62 Bar. in. d. l. moschis. in pn. in quib⁹ locis habetis † q p paruo
debito põt tota res pignorata q̃uis magna sit retineri. nisi di-
xerim⁹ q ille leges loquunt in hypotheca expssa: sec⁹ aũt si sit
in tacita: vt hic. nec est dubitãdũ q̃uis aliqui referãt Jo. fa. du
bitasse q omnia iuecta cuiuscũq ptij sint tacite sunt obligata:
vt hoc tex. ꝛ in. d. l. item quia. in pn. ꝛ. d. l. certi iuris. in qb⁹ locis
dr indefinite q inuecta ꝛ illata sunt tacite hypothecata. ꝛ conse
quẽter oĩa cũ indefinita eqpolleat vniuersali iurib⁹ vulgarib⁹.
63 ¶ † Sed dubitauit Jo. fab. vt. s̃. fideliter retuli. An oĩa inue-
c cta possint retineri.[c] dicite vt dixi. Dicũt etiã successiue Jo. fa.
et Ang. de are. h̃ q in hac tacita hypotheca nõ venirẽt ea q̃ nõ
veniũt in expssa generali vt sunt vestes quotidiane lecti ꝛ reli-
qua supellectilia ꝛ huiuscemodi alia q̃ nõ est verosimile quẽpiã
etiã specialr obligaturũ: ꝛ sine quib⁹ nõ põt homo honeste nec
etiã cõmode viuere. l. obligatiõe generali. ff. de pig. l. j. vbi bar.
C. que res pig. ꝛ idem in terminis tenet Bal. in. l. certi iuris. in
vj. q. Et ibi etiã in. iiij. q. tãgit Bal. an res famuli qui pro certa
mercede seruit aliquib⁹ scholarib⁹ illate ĩ domũ scholariũ sint
64 p illo seruitio tacite obligate. ¶ † Per ista etiã dicit Ang. de
are. hic. sub dubio tñ forte posse attẽtari q libri scholariũ illati
in domũ ꝯductã nõ sint tacite hypothecati p pẽsiõe illi⁹ dom⁹
quia sine libris non põt scholaris honeste aut cõmode viuere.
accedat glo. illa q̃ vulgo all. p sing. in. l. nepos pculo. in ver. di
65 gnitate. ff. de ver. signi. q̃ dicit † q in executionẽ iudicati queãd
modũ arma nõ sunt auferẽda militib⁹: ita nec libri scholarib⁹.
per quam

a ¶ Que dotis. Ubi vide domi. Alex. de imo. in penul. charta. et adde Bal. in. l. si fine. C. ad velle. in. ij. col. vsi. q̃r-to quero. ꝛ dñm Alex. in. l. luci⁹. solu. ma. ꝛ Sali. in. l. inuit⁹. C. de procura.

b ¶ Anteriorib⁹. Et hoc quotidie seruat maxime hic Venetijs: et plus q̃ alibi. et in h̃ Veneti multum bene secuti sunt ius cõe.

c ¶ Retineri. qd de cõductore an et qñ poterit res conductas p ex-pẽsis necessarijs et vtilib⁹ retine-re: vel p eis age-re. vide do. Ma-ria. sozi. i ꝯsi. xv. inci. visis. vsi. itẽ q2 ibi. ꝛ hoc ma-xime. in. j. parte.

per quam glo. dicit alibi Bal. in rubri. C. qui bo. cede. pos. ꝙ si
scholaris cessit bonis: ⁊ postea emit libros ꝙ creditores nõ po
66 terunt ei auferre illos libros: per. d. glo. quia ſm eum † ⁊ arma
militib⁹ relinquẽda sunt: ⁊ libri scholarib⁹: ⁊ breuiariũ clerico.
¶ Querit etiam Bal. in. d. l. certi iuris. in. vj. q. si inquilin⁹ in-
tulit res aliquas in domũ cõductam ⁊ postea mutato ꝓposito
istas amouit: an nihilomin⁹ erũt tacite obligate: ⁊ determinat
ꝙ sic. arg. l. vnde falsam. ff. de cõsti. pecu. al's inci. l. vtrũ ꝑsente.
§. vnde falsam. ⁊ sequit̃ Ang. de are. hic. ⁊ ad. l. cum tabernã. in
prin. ff. de pigno. que videt̃ aliqualiter in ꝯrium facere. colligi-
te respõsum ex his que dixi. s. in illo articulo. an merces ⁊ alie
res venales inducte in domũ dicant̃ tacite hypothecate. q̃uis
67 Ang. de are. hic duob⁹ modis rñdeat. ¶ Ultimo dubitat̃ † qd
si dñs locator specialiter exp̃sse ꝓuidit sibi de hypotheca in cer
ta re debitoris: ⁊ sic de certo pignore. an hoc nõ obstãte alie res
illate erũt nihilomin⁹ tacite obligate: Ang. de are. hic all't. Dy.
in. §. isto qui nihil penit⁹ dicit: tenerem ꝙ non: per reg. l. fi. C. de
pac. ꝯuen. que dicit ꝓuisionẽ hominis facere cessare ꝓuisionẽ
legis. ⁊ Dy. etiã refert ita tenere. sed non dicit in quo loco Bal.
68 in. d. l. certi iuris. ante fi. ⁊ istud idẽ qđ Dy. † tenet etiã Cy. qui
est maioris autoritatis in. d. l. certi iuris. in. vj. quem refert ⁊ se
quitur Nico. de neap. hic in apostil. tex. istud idem tenẽt etiam
Ang. ⁊ Sali. in. d. l. certi iuris. Contrariũ ⁊ meli⁹ iudicio meo
tenet Jo. fab. hic per tex. in. l. potior. §. si colon⁹. ff. qui potio. in
pig. hab. qui tex. nihil facit: ad idem põderat tex. istũ bene pro-
bantem in. d. l. item quia. in prin. in ver. etiã si nihil nominatim
cõuenerit. ad idẽ adducit opti. tex. in. l. fundus. ff. de annu. leg.
et ita etiã tenet Bal. in. l. certi iuris. in pe. q. ⁊ Ang. de are. hic: ⁊
69 ad. d. l. fi. C. de pac. ꝯuen. rñdete vt ibi per Bal. † ꝙ ꝓuisio ho-
a minis tollit ꝓuisionẽ legis[a] qñ illa ꝓuisio legis esset inducta
in defectũ hominis: vt ibi per eum. vel respõdete ex notabili li
mitatione glo. in. l. ij. in glo. mag. in ver. repellere. circa med. C.
de iu. emphy. que no. dicit ꝙ ꝓuisio hoïs: tũc demũ tollit ꝓui-
sionẽ legis qñ illa ꝓuisio legis esset inducta de iure speciali ⁊ in
priuilegiũ: secus si iure cõi ⁊ in terminis nostris. quam glo. ap
probat Cy. ⁊ ibidẽ Bar. habet eam pro multũ notabili ⁊ mẽti
tenendã. ⁊ Bar. ⁊ Bal. in. d. l. fi. C. de pac. ꝯuen. ⁊ no. Bar. in. l. si
cum dotẽ. in prin. ff. sol. mat. vbi per illam glo. in. d. l. ij. dixit ꝙ
ꝓuisio hoïs tollit ꝓuisionẽ legis: scilꝫ extraordinariã non aũt
tollit ꝓuisionẽ legis ordinariã: vt in terminis nostris. ⁊ ista est
mera veritas. ¶ Glo. paruula ⁊ ĩterlinearis in versi. pignoris.
que addit. s. taciti dat declarationẽ ad tex. nostrũ qui vult ꝙ il-
lata in fundũ ꝯductũ sint obligata a iure pignoris qđ intelli-
gãtur iure pignoris. s. taciti. ⁊ sic vult glo. ꝙ illata in ꝑdiũ ꝯdu
70 ctum sint hypothecata tacite ⁊ nõ exp̃sse. ¶ † Pro clara ergo
intelligentia huius glo. ⁊ tex. ⁊ eoꝝ que. ĩ. dictur⁹ sum sciẽdum
est ꝙ duplex reperit̃ hypotheca. Quedã est hypotheca exp̃ssa.
qñ quis exp̃sse pignorat bona sua vniuersaliter vel particula-
riter. de qua hypotheca exp̃sse loquit̃ ꝓprie tex. noster in versi.
71 quasi seruiana. ⁊ de ea loquit̃ tot⁹ tit. ff. ⁊. C. de pig. † Quedã est
hypotheca tacita inducta ex dispositione legis. ⁊ ista etiã est du
plex: quia quedã est quaꝫ introducit lex tacite sine facto hoïs: ⁊
intelligite sane sine aliquo facto hoïs interueniẽte circa ipsam
hypothecã: vel ꝙ ipsam hypothecã respiciat: vtputa si ꝯhitur
mr̃imoniũ bona viri ⁊ vxoris sunt tacite hypothecata hincĩde
absqꝫ eo ꝙ interueniat factũ aliqđ ipsoꝝ circa ipsam hypothe-
cam. ⁊ de ista loquit̃ tex. in. l. vnica. §. ⁊ vt pleni⁹. ⁊ per discursuꝫ
toti⁹ legis. C. de rei vxo. act. ⁊ tex. in. l. assiduis. C. qui po. in pig.
72 hab. † ⁊ intantũ bona viri ⁊ vxoris sunt hincinde tacite hypo-
thecata: qđ dixit multũ signãter Bal. in. l. pe. C. de pigno. act. ꝙ
mortuo marito potest vxor sua ꝓpria autoritate absqꝫ aliqua
licẽtia iudicis remanere in detẽtione dom⁹: quã cũ marito vi-
uente inhabitabat iure familiaritatis tanq̃ vxor. ⁊ eã põt pro-
b pria autoritate ꝓ dote sua possidere.[b] ⁊ idẽ etiã dicit Bal. in. l.
pe. in. j. no. C. de nõ nu. pecu. ⁊ idẽ Bal. in. l. cũ tibi. C. qui pot. in
pig. hab. qđ dictũ diligẽtissime notate qꝛ sepissime in facto oc-
73 currit. † Eodẽ modo si quis ꝯhit cũ fisco bona sua vniuersali-
c ter sunt tacite fisco hypothecata[c] absqꝫ aliquo facto qđ hypo-
thecã respiciat. vt est tex. in. l. ij. ⁊ etiã in. l. j. C. in qui. cau. pi. taci.
74 ꝯha. ⁊ in. l. j. C. si ꝓpter publi. pen. ¶ Attẽdite tñ † ꝙ simile pri
uilegiũ fisco non habet aliqua ciuitas in bonis debitoris: nisi
hoc a principe sit ei noïatim ꝯcessum. ista sunt formalia verba
legis simile. ff. ad muni. quem tex. voluit allegare glo. que cõi-
ter est corrupta in. d. l. ij. C. in qui. cau. pig. taci. ꝯha. ad idem est
tex. in. l. ij. C. de iure reipubli. lib. x. qđ intelligite tñ vt ibi ꝑ glo.
75 et Bar. qꝛ fallit in ciuitate Rome. ¶ † Simil'r nec camera epi-
scopalis hꝫ priuilegia tacite hypothece. ⁊ ideo si quis ꝯhit cuꝫ
episcopatu nõ ideo bona sua sunt tacite hypothecata. ita sing.
dixit Bal. in rub. C. de priui. fisci. ad fi. quam decisionẽ forte nõ
76 habẽt cano. per doc. suos. ¶ † Et eodẽ modo si tutor vel cura-
tor administrauerũt tutelã vel curã alicuius pupilli vel adulti

omnia bona eorum sunt pro hac administratione tacite hypo
thecata absqꝫ eo qđ aliqđ factũ eorũ circa hanc hypothecã in-
terueniat. l. pro officio. C. de admi. tut. Et idem dicũt Canoñ. in
administratiõe ecclesie: vt est glo. in. c. ex literis. ex̃ de pig. ⁊ in. c.
similiter. xvj. q. j. ¶ Que est hypothecata tacita ⁊ generalis in-
ducta ex dispositiõe legali. sed ita demũ si factũ hominis inter-
ueniat circa hypothecã. nam si aliquis cõducat predium vrba
num vel rusticũ: ex hac ꝯductione ita demũ inducit̃ tacita ge-
neralis hypotheca si etiã interueniat factũ hoïs circa ipsaꝫ hy
pothecam: hoc est si vltra ipsam ꝯductionẽ etiam bona inferat
vel inducat in prediũ conductũ. Et de ista ꝓprie loquit̃ tex. no
ster. in versi. seruiana. ⁊ in. l. itaqꝫ. in ꝑn. ff. de pac. ⁊ in. l. certi iu-
77 ris. cum simi. C. loca. ¶ Et aduerte † ꝙ est differẽtia inter istam
vltimã hypothecã tacitã introductã a lege interueniẽte tamen
facto hoïs circa ipsam hypothecã ⁊ aliam exp̃ssam hypothecã
siue generalis sit siue particularis: quia exp̃sse hypothecata si
alienant̃ trãseunt semper cum onere hypothece. l. si debitor. cũ
simi. C. de distra. pig. hypothecata autẽ tacite eo modo quo sta
tim dixi possunt alienari: ⁊ si alienant̃ non trãseunt cũ illo one
re tacite hypothece nisi etiam vltra tacitã hypothecã sequatur
etiã inclusio ipsoꝝ bonoꝝ. istud est qđ vult tex. in. l. est differen
tia. ff. in qui. cau. pig. taci. ꝯha. ⁊ propterea ibi dꝛ derisum fuisse
neruam Juriscõsultũ: quia mõstrauerat seruos tacite hypo-
78 thecatos post † inclusionẽ eorum posse per fenestrã liberari. et
dicitur fieri inclusio bonoꝝ qñ de ipsis bonis inuectis vel illa-
tis ꝯficitur publicũ instrumentum. l. cum dñi horreoꝝ. ff. loca.
declarat in specie Ange. in. l. inquilino. cũ. l. seq. que inci. vtiqꝫ.
ff. de dam. infe. ⁊ ꝑdictam differẽtiã ponit etiam ibidem Ange.
et idem Ang. in. l. item quia. in prin. in. j. col. vbi vide. ff. de pac.
lꝫ Marti. laudẽsis in. d. l. item quia. in. j. char. dicat posse teneri a
ꝙ imo etiam ista tacita impediat per reg. d. l. si debitor. C. de di
stra. pig. ⁊ qđ. d. l. est differẽtia. loquat̃ in manumissione: ⁊ sic fa
uore libertatis. tñ dicit ꝙ durũ est recedere ab Ang. ⁊ forte ad
euitãdas istas difficultates ⁊ tot amaritudines ista opi. posset b
teneri ⁊ fallit. l. si gratuitã. §. fi. ff. in qui. cau. pi. ta. ꝯha. al's inci.
l. licet. ita tenet ⁊ ita puto veritatẽ propter. d. l. si gratuitã. §. fi.
sed ꝯsidera quia ista ratio ꝑsupponit ꝙ anteq̃ fiat inclusio illa
tacita hypotheca nullius sit effect⁹: qđ mihi videt̃ durũ qđ sit
reg. istius tex. ⁊. l. item quia. ff. de pac. ⁊. l. certi iuris. C. loca. fru-
stra nobis tradet̃ ꝙ inuecta ⁊ illata in domũ ꝯductam sint no-
bis tacite hypothecata. istud esset frustra si ante inclusionẽ pos
79 sent bona alienari sine onere. cogita qꝛ multũ dubito. ¶ † Et si
diceretis quem effectũ habet ista tacita hypotheca inducta a le
ge interueniẽte hominis facto. dicite ſm qđ declarat Jo. fab. h
in. v. col. ⁊ Nico. de neapo. in. j. q. ex̃ glo. qđ potest operari maxi c
mum effectũ quem etiam non potest operari hypotheca exp̃ssa
siue sit vniuersalis siue particularis: quia dñs locator qui ha-
bet tacitã hypothecã in bonis inuectis vel illatis: eo casu quo
inquilin⁹ vel colon⁹ cessarent a solutione pẽsionis potest facere
inclusionẽ dictoꝝ bonoꝝ ſm quod ꝓxime declaraui. ⁊ facta di-
cta inclusione potest ꝓpria autoritate illa bona postea auferre.
l. inquilino. ⁊ melius in. l. seq. que inci. vtiqꝫ. ff. de dam. infe. sed
alij creditores habẽtes hypothecas vel obligationes in quib⁹
non fit ista inclusio non possunt ꝓpria autoritate capere bona
debitoris: imo si capiãt incidũt in edictũ diui Marci: quia ius
crediti amittũt. de quo edicto est tex. in. l. extat. ff. qđ met. cau. et
80 in. l. pe. C. de pig. act. † ⁊ ex hoc effectu colligitis aliam differen
tiam vltra eam quam proxime retuli inter hypothecã tacitam
inductã a lege mediãte tamen facto hominis ⁊ eam que exp̃sse
est inducta. Et si instares subtilius que posset esse ratio diuersi
tatis quare facta inclusiõe possit creditor bona debitoris pro-
pria autoritate auferre qđ non est in alijs creditorib⁹ dico du-
plicem posse assignari rationẽ diuersitatis. vnam assignat Jo.
fab. hic in. v. col. quia eoipso ꝙ bona includunt̃ videntur tradi
ipsi locatori: ⁊ sic nulla vis dicitur per ipsum cõmitti auferẽdo.
Aliam rationẽ assignat Nico. de neapo. hic in. ij. q. ex̃ glo. quaꝫ
etiam sentit Jo. fab. in. ix. col. que tamen in effectu est eadẽ cum
ꝑcedenti: vel est declaratio ꝑcedẽtis rationis: quia locator post
inclusionẽ bonoꝝ factam dicit̃ ipsa bona inclusa possidere. l. so
lutum. §. solutã. ff. de pig. act. ideo potest ea propria autoritate
capere qđ non est in alijs creditorib⁹ vel hypothecis: que non
includunt̃ vel tradunt̃. ⁊ horum occasione doct. hic subintrant
81 illam arduam questionẽ † an locator ante inclusionẽ bonorum
factam dicatur bona illata per colonum vel inquilinum possi-
dere. in qua questione multa hincinde adducũtur. quam que-
stionem aliter non examino hic: quia non conferret ad proposi
tum. sed de ea habetis per glo. in. l. solutum. §. solutam. in glo.
magna. in ver. experiri. ⁊ ibi late per Bar. ff. de pignora. act. et
plene per Jo. fab. hic in. ix. ⁊. x. colum. plene etiam per Nico. de
neapoli hic in. iij. q. ex̃ glo. ⁊ communis est conclusio ꝙ locator
ante inclusionẽ non dicatur bona illata possidere: nec vere: nec

a ¶ Legis. Adde Feli. in. c. pastoralis. §. cum autem. de offi. dele.

b ¶ Possidere. sꝫ nũquid talis hypotheca competens vxori in bonis viri pro dote detur etiã creditorib⁹ mulieris: dic ꝙ nõ: vt per Ange. in aut. vt exac. instã. do. in fi. prin. col. vij.

c ¶ Hypothecata. Nunqd in bonis futuris. vide do. Alex. ꝺ imo. post Bart. in. l. si is qui. ff. de iure fisci. ⁊ in. l. si filio. §. fi. solu. ma.

ficte. ita ꝯcludit Bar. vbi. ṡ. ita etiā ꝯcludit Jo. fab. h. in. x. col.
idē etiā tenet Ang. de are. hoc idē etiā tenet Bal. ī. l. certi iuris.
in. ix. q. C. loca. ⁊ ibidē Sali. in. vij. q. ꝙuis subtilis Pe. de bel-
laper. in. d. §. solutā. quē refert Cy. in. d. l. certi iuris. in. iij. q. ha-
buit aliā opi. distinguēdo inter illata in prediū vrbanū ⁊ illata
in prediū rusticū. ⁊ cum eius distinctione tenet Nico. de neapo.
hic in. d. q. ex glo. quam distinctionē reprehēdit expsse Bar. in. d.
§. solutā. ⁊ dicit Bal. in. d. l. certi iuris. in. ix. q. qd̄ ista opi. Pe.
est fatuitas. illud ꝓ expedito habeo ꝙtum attinet ad terminos
de quibꝰ. ṡ. ꝓxime dixi: ꝙ locator post inclusionē bonoꝝ factā
dicit̃ bona illata possidere. ita Bar. in. d. §. solutam. ⁊ Jo. fab. ⁊
Ange. de are. ¶ Glo. in ver. q̄si seruiana. Diuido in duas par
tes principales. Nam in prima posuit quare appellat̃ quasi ser
uiana cum hac nota diminutionis quasi. In scd̄a ponit etymo
logiā seruiane ⁊ quasi seruiane. In tertia ponit differentiā in-
ter seruianā actionē: ⁊ saluia. interdi. Secūda ibi: vltra que tñ
seruiana dicit̃. Tertia ibi: sed que est differētia īter seruianā ⁊c.
¶ In ea. glo. ibi: vt. ff. de legi. ⁊ senatuscō. l. fi. Habetis duo. pri
82 mo † quia quasi seruiana appellet̃ cū hac nota diminutiua q̄si.
nam dr̄ glo. istud esse ad differētiā superioris: ⁊ vt a supiore co-
gnoscat̃. vel potestis aliter dicere. ⁊ forte etiā meliꝰ prout etiā
dicit Nico. de neap. hic. in. j. q. ex glo. ꝙ ideo appellata est quasi
seruiana: quia nō est ita plena sicut seruiana. Nā per istā quasi
seruianā non ita plene ꝓuidet̃ creditori sicut per seruianā ꝓui
detur locatori: q2 vt dixi in glo. illa ꝓxi. p̄cedēti habēs seruianā
facta inclusione pōt bona ꝓpria autoritate capere qd̄ non est
in habēte quasi seruianā. Dubito tñ q2 illud qd̄ locator possit
ꝓpria autoritate capere nō est virtute actiōis seruiane que in
hoc plenius locatori ꝓuideat. sed virtute inclusiōis qua mediā
te locator ꝯsequit̃ possessionē bonoꝝ inclusoꝝ: vt declaraui in
glo. illa ꝓxime p̄cedēti. ⁊ istud puto veriꝰ nō recedatis a glo. ꝙ
83 uis paruꝰ effectꝰ sit in hoc. † Scd̄o habetis ex glo. etymologiā
quare dicta sit seruiana: ⁊ quasi seruiana: q2 a seruādo. per has
enim actiōes iura creditoꝝ ꝯseruant̃. ꝓpterea qd̄ meliꝰ sit vul
go dr̄ pignori incūbere ꝙ in ꝑsonā agere.[a] vt inq̄t tex. in. §. fur
ti. ṡ. de obli. q̄ ex deli. facit. §. fi. ṡ. qui. mo. re ꝯhi. obli. ⁊ hac rōne
84 possumꝰ dicere † ꝙ saluianū interdictū de quo late videbis in
seq. parte glo. dictū sit a saluādo prout etiā dicit Nico. de neap.
in. j. q. ex glo. ¶ Unde aūt dicta sit hypothecaria. ⁊ quare sic di
cta sit habetis declaratū p Ja. de rauē. ꝟm qd̄ eū refert Jo. fab.
in pe. col. vbi dicit ꝙ hypothecaria dicit̃ ab hypos qd̄ est sub: ⁊
thesis qd̄ est positio quasi sit suppositio. i. obligatio. nam ꝟm eū
suppositio ⁊ obligatio idem sunt: ad hoc bene inducit rub. C.
de re. eo. dum in fine rub. dr̄ nō alienādis vel supponēdis. quā
rub. alibi inducit Bar. ad notabilē q̄stionē in. l. fundꝰ. ff. de an.
leg. Quā q̄ōnem examinat latissime Jo. fab. hic in pe. ⁊ vlti. col.
et credo ꝙ eā meliꝰ determinet ꝙ Bar. ¶ In fi. glo. Habetis
85 differētiā inter seruianā actionē ⁊ saluianū interdictū: q2 agēs
seruiana actiōe tenet̃ ꝓbare debitorē suū dñm earū rerū q̄s in-
tulit in p̄diū ꝯductū ad hoc vt vigore tacite hypothece possit
obtinere. agēte aūt saluiano interdicto sufficit ꝓbare debitorē
possedisse. ⁊ sic sufficit ꝓbare solā possessionē absq3 dñio. hanc
etiā differētiā ponit ⁊ tenet glo. in. d. §. interdictū. in ver. pepi-
gisse. j. de interdi. ⁊ glo. mag. in fi. in ver. perit. in. l. j. C. de saluia.
interdi. ¶ Pro clara tñ intelligētia huiꝰ differētie ⁊ ꝓ habēda
veritate eius qd̄ vult glo. ꝙ agēte seruiana oporteat ꝓbare de-
86 bitorē dñm reassumo in dubiū † quid teneat̃ ꝓbare agens ser-
uiana ad hoc vt in ea possit obtinere. ¶ In quo pūcto glo. no-
stre sunt multum varie. nam glo. hec vt statim vidistis tenet ꝙ
probādum sit dñium debitoris. ⁊ idem voluit glo. ꝯcordantes
ṡ. ꝓxi. all'. hanc glo. nostrā cum ꝯcordātibus reprehēdit Dy. hic
et dicit ꝙ ista glo. est diabolica ⁊ ꝙ male dicit: imo ꝙ non po-
tuisset peius dicere: nam data veritate huiꝰ glo. sequeret̃ maxi
ma iniquitas ꝙ agens seruiana vix aut nunꝙ obtineret si ne-
cesse haberet ꝓbare dñium debitoris. cuiꝰ dñij ꝓbatio est diffi
cillima. vt tradit Bar. in. l. rem que nobis. ff. de acqui. pos. et in
l. rem alienā. in. ij. col. ff. de pig. act. ⁊ dixi abūdanter in. §. s3 iste.
ṡ. eo. nec in ꝯtrium ꝟm eum aliquid faciunt all'. per glo. scil3. l. et
qui nondū sunt. §. j. ⁊. l. si superatꝰ. ff. de pig. quia in eis non dr̄
ꝙ creditor debeat ꝓbare debitorē dñm sed rem fuisse in bonis
87 debitoris: † ⁊ aliud est ꝓbare quem esse dñm ⁊ aliud ꝓbare rē
esse in bonis: q2 vt inquit tex. in. l. bonoꝝ. §. in bonis. ff. de ver.
signi. in bonis nostris cōputari sciēdū est nō solū que dñij no-
stri sunt: sed etiā q̄ bona fide possidemꝰ. de hoc tñ qñ res dicat̃
esse in bonis nr̄is: dixi in. §. sed iste. in. ij. charta. ṡ. eo. vbi circa
hec multa elegātia retuli. Pro hac opi. Dy. bñ facit. l. si ab eo.
ff. de pig. ⁊. l. ante omnia. ff. de ꝓba. vbi dicit tex. ꝙ creditor de-
88 bet ꝓbare rem ꝑtinere ad debitorē. † ⁊ qd̄ verbū ꝑtinere latissi
b me patet:[b] vt est tex. in. l. verbū illud ꝑtinere. ff. de ver. sig. ⁊ ita
etiā tenet Jo. fab. hic est verū qd̄ Cy. in. l. cū res. quē ibi refert
Bar. C. si res alie. pig. da. sit. reprobat hāc opi. Dy. per aliqua

a ¶ Agere. Adde do. Bart. sozi. in cōsi. cxlix. inci. in causa ambrosij. ver. primo quia. in. j. parte. vbi h idē. ⁊ addit multomagis melius est esse satisfactū de p̄senti ꝙ habere ius petēdi. facit etiā qd̄ per eum in ꝯsi. clxxi. inci. diu ꝓfecto. versi. p̄terea fortius. in. ij. parte. ꝙ soluisse sub p̄textu fidei cautionē sanctiꝰ est dicere ꝙ ꝙ non videat̃ in dubio fidem cautionis agnouisse.

b ¶ Patet. Adde Feli. ī rub. de rescrip. ī. iij. col. in med. ⁊ qd̄ ibidem ad eū dixi in apo. ⁊ Frācis. are. in. l. cēturio. in vlti. col. d̄ vul. ⁊ pup. ⁊ qd̄ ibidē dixi in apostil.

satis bona iura ⁊ sustinet glo. nostrā hic respōdēs ad adducta
in ꝯtrium: cuius Cy. opi. reprobat ibi Bar. ⁊ sequit̃ Dy. hic. di-
cite vt ibi per eum. ⁊ ideo in ꝓposito nostro alibi glo. in. l. rem
89 alienā. in glo. j. ff. de pig. act. tenet † ꝙ sufficit agentē hypothe-
caria ꝓbare possessionē debitoris cum bona fide ⁊ titulo. alibi
glo. in. l. cum res. in glo. fi. C. si res alie. pig. data sit. tenet ꝙ suf-
ficit ꝓbare possessionē debitoris cum bona fide absq3 eo quod
probet̃ de tit. ⁊ Bal. in. d. l. cum res ibidē. in prin. ita exordit̃ ꝙ
illa lex portat coronā totius materie quid ꝓbandū sit in hypo
thecaria. ibi. tex. glo. ⁊ doc. plenissime Dy. hic. in hac glossarū
varietate paucis se expedit distinguēdo. ⁊ has glo. ad ꝯcordiā
reducēdo: ⁊ dicit ꝙ ita seruat̃ cōiter per aduocatos. ⁊ eiꝰ distin
ctio l3 ipse non dixerit fuit ante eum glo. in. l. ante omnia. ff. de
proba. Aut res hypothecata reperitur penes debitorē aut pe
nes extraneum. primo casu sufficit ꝓbare solā possessionē de-
bitoris: quia ipse debitor nō pōt referre q̄ōnē dñij: ⁊ ita ꝟm eū
ꝓcedat glo. in. d. l. cū res. Scd̄o v̄o casu qñ res hypothecata re
perit̃ penes extraneū. ⁊ hoc casu debet saltem ꝓbari possessio
debitoris cū tit. ⁊ bona fide. ita ꝓcedat glo. in. d. l. rem alienā. et
ratio est ꝟm eum: quia creditor d3 esse eiusdē cōditionis cuius
erat debitor suus in cuius locū successit. quēadmodū ergo de-
bitor suus habuisset necesse ꝓbare ad minus de possessiōe sua
cum titu. ⁊ bona fide ita habebit necesse ꝓbare ⁊ creditor. ⁊ hāc
distinctionē sentit etiā glo. j. circa fi. in. d. l. rem alienā. ⁊ eam in
primo mēbro sequit̃ Jo. fab. hic ⁊ Bar. post Cy. in. d. l. cū res.
et omnes doc. vt. j. referā. in scd̄o mēbro aliter distinguit̃ vt. j.
dicam. sed hanc distinctionē Dy. reprobat Cy. in. d. l. cum res.
et ibidē postea ipse Cy. ponit aliā distinctionē quā distinctionē
successiue postea reprehendit ibi Rayne. in multis mēbris vt hic
per Nico. de neapo. in. vij. opp. glo. sed non curo nec expedit re
ferre tot anfractus ⁊ varietates antiquoꝝ nostroꝝ. In hac dif-
ficultate placet mihi modus ꝓcedendi. quem obseruat Ange.
de are. h vt ex dictis Cy. Bar. Bal. ⁊ Sali. post glo. ⁊ alios doc.
antiquos in. d. l. cum res. C. si alie. res pigno. data sit. ⁊ Bar. in
d. l. cum rem alienā. ⁊ Cy. Bar. ⁊ Bal. in. l. de rebꝰ. C. de do. ante
nup. ⁊ Ang. in. l. si superatus. in prin. ⁊. l. si tityo. ff. de pig. facia
mus tres casus pr̄icipales: ꝙuis Ang. de are. quatuor fecerit.
Aut agitur hypothecaria ꝯtra ipsum principalē debitorē pos
sidentē. Aut agitur ꝯtra tertiū possessorē habētē causam a de-
bitore. aut agit̃ cōtra tertiū possessorē extraneū omnino ⁊ nul-
lam penitus causam habentē a debitore. primo casu principa-
li: sc3 qñ agitur hypothecaria ꝯtra ipsum principalē debitorē
facite vobis firmam ꝯclusionē. in qua nemo dubitat ꝙ sufficit
probare solā possessionē debitoris. ⁊ est ratio quia debitor con
uentꝰ nō pōt referre questionē dñij sicut nec ecōtra creditor cō
uētus a debitore ꝓpter fructꝰ quos ꝑcepit ex re hypothecata:
non potest dñij q̄ōnem referre. l. si pignore. al's inci. l. et si metꝰ.
§. predo. ⁊. §. si creditor. ff. de pig. act. bonus tex. in. l. si inter. §. j.
ff. de pigno. ne alias de suo mēdacio arguat̃: vt inquit tex. in. d.
l. rem alienā. ad fi. debet tñ aduocatꝰ in actu practico esse bene
cautus in hoc vt elegāter declarat Bar. in. d. l. rem alienā. in. ij.
col. vt non solū dicat ⁊ ponat de possessione debitoris: sed etiā
debet deducere ⁊ ꝓponere debitorē fuisse dominū vel habuisse
dictā rem in bonis qd̄ ꝓbat̃ eoipso qd̄ probata fuerit possessio
debitoris: vt statim dixi cum ipse debitor ꝯuentꝰ non possit re-
ferre q̄stionē dñij: al's aūt si hoc non deduceret succederet tāꝙ
plene ius suū nō deducēs. ita Bal. vbi. ṡ. ⁊ sequit̃ Sali. in. l. cer
ti iuris. C. loca. ⁊ hoc dictū bene no. Ang. de are. hic ad practi-
cam. ego istud dictū affirmo optima ratione: quia nūꝙ ex pos-
sessione p̄sumitur dñium: si dñium non fuerit allegatū. ita no-
tāter Bal. in. l. etiā. in. iij. col. C. de execu. rei iudi. non ergo suffi
ceret ꝓbare possessionē: nisi dominiū fuisset allegatū. quo casu
si dñium fuerit allegatū tunc ex ꝓbatione possessionis dñium
presumet̃. ¶ Predicta limitant̃ multum sing. per Sali. in. d. l.
cum res. C. si alie. res pigno. vt procedant in hypotheca specia
li in qua debitor ipse ꝯuentus non potest referre q̄stionē domi
nij. sed in generali hypotheca in qua debitor generalit̃ omnia
bona sua hypothecasset vt quotidie fit. posset debitor ꝯuētus
hypothecaria ad aliquā rem dicere ꝙ illa res pro qua cōuenit̃
non est sua: sed alteriꝰ puta Tityi ⁊ debebit ipsum Tityum in
iudicio noīare. iuxta. l. ij. cū materia. C. vbi in rē act. ⁊ maxime
si debitor asserat se recolligere fructꝰ illius rei noīe ipsiꝰ Tityi
iuxta. l. titya. in p̄n. ff. de solu. ⁊ ratio diuersitatis est ꝟm eū quia
tūc nō ꝯuincit̃ de mēdacio. iuxta. d. l. rem alienā. in fi. ⁊ ita sing.
refert ⁊ transit Ang. hic. ista peregrina ⁊ singu. limitatio Sali.
summopere placet: sed nō eiꝰ diuersitatis ratio ꝙ in hypothe-
ca speciali non possit debitor ꝯuētus referre q̄stionē dominij
ne de mēdacio arguatur. conuētus aūt generali hypotheca bñ
possit referre q̄ōnē dñij: quia tunc non ꝯuinceret̃ de mēdacio.
ista ratio iudicio meo nihil penitꝰ valet. nā si verū est ꝙ res hy
pothecata non sit debitoris: ⁊ tūc siue sit hypotheca sp̄alis siue
generalis

generalis neutro casu de mēdacio cōuinceretur. si autem verū
sit rem hypothecatā esse debitoris: ⁊ tūc siue sit hypotheca spe-
cialis: siue generalis: si referat qōnem dñij ⁊ dicat rem esse alte
rius ita ꝯuincet̃ de mēdacio in generali hypotheca sicut in spe
ciali. ⁊ ꝓpterea semꝑ in vtraqꝫ erit idem. ⁊ ꝓpterea hec ratio di
uersitatis ita simpliciter intellecta nullū haberet saporē. vnde
ego puto aliā esse ⁊ notabilē rōnem diuersitatis. ⁊ credo ꝙ ista
fuerit ꝓpria mens Sali. ꝗuis ipse bene nō declaret. ⁊ Ang. de
are. referēs eū nō bene explicat. Nam qñ debitor specialiter hy
pothecauit aliquā certā rem quā possidebat: si ad eam ꝯuētus
hypothecaria opponat qōnem dñij: replicabit̃ aduersus eū de
dolo. ista est doctrina ⁊ theorica magistralis Iuriscon. in d. l. si
inter. §. j. ff. de pigno. quia arguit̃ dolus debitoris qñ rem ali-
quam specialiter hypothecauit: ⁊ postea ꝯuētus ad eam refert
questionē dñij. sed qñ debitor obligauit generaliter omnia bo
na sua: ⁊ reperit̃ ꝙ possidet rem aliquā que est aliena si ad eam
conueniat̃ hypothecaria poterit referre qōnem dñij: quia hoc
casu non potest argui dolus suus in illa re quā ipse specialiter
non obligauit: ⁊ ista est mera veritas. ¶ Scdo casu principali quā-
do agit̃ hypothecaria ꝯtra tertiū possessorē habentē causam a
debitore: an sufficiat ꝓbari solā possessionē principalis debito
ris. in hoc pūcto Bar. ꝯtra morē suū est sibijpsi ꝯrius: qr in d. l.
cum res. C. si alie. res pigno. secutꝰ Cy. ibidē distinguit: aut iste
tertiꝰ possessor hꝫ causam lucratiuā: ⁊ tūc in eo sit idē qd in pn-
cipali debitore ꝯuento hypothecaria vt sufficiat ꝓbari posses-
sionē: aut habet causam onerosam: ⁊ tunc secus per. l. apud cel-
sum. §. de autoris. ⁊. §. autoris autem dolus. ff. de excep. do. ipse
veromet Bar. in d. l. rem alienā. in. ij. col. ff. de pig. act. dicit qd
istud sibi non placet: quia distinctio. d. §. de autoris. an habeat
causam lucratiuā vel onerosam haberet locū in agēte. secus est
in possidēte cui nunꝗ̃ dolus autoris nocet. all. l. j. ff. de diuer. et
tepo. p̃scrip. ⁊. l. ij. §. j. cum ibi no. ff. de excep. do. que leges nihil
mihi ꝓbant. ⁊ hec verba Bar. si fas est dicere nō sunt intellecta
per doct. sed. j. quid sibi velint clarissime demōstrabo cū distin-
ctione tamen Cy. inter habentē causam onerosam ⁊ lucratiuā:
videtur tenere Bal. in. l. de rebꝰ. ad fi. C. de dona. añ nup. ⁊ Iac.
but. in d. l. cum res. Sali. v̉o in d. l. cum res. in ver. q̃ro nunc se
cundo quid si agat̃ ⁊c. ẜm qd eū refert Ange. de are. hic dicit se
assentire Bar. in d. l. rem alienā. in reprobatione distinctionis
Cy. sed nō in eius determinatiōe: quia imo ẜm euꝫ sufficit solū
probare ꝙ debitor possidet illā rem vt suā lꝫ de titulo eius nō
probet̃ per aliq̃s rōnes. de quibꝰ ipse per eum quas refert sim-
pliciter Ang. hic. ipse v̉o Ang. hic tenet indistincte opi. Bart.
in d. l. rem alienā. ꝙ qñ agit̃ hypothecaria contra tertiū posses
sorē habētē causam a ṗncipali debitore: siue sit onerosa: siue lu
cratiua nō sufficiat ꝓbare de sola possessione ṗncipalis debito
ris: nisi etiā probet̃ de eiꝰ dñio vel saltē rem fuisse in bonis ṗn-
cipalis debitoris. ⁊ ibi dicit Ang. de are. maximū verbū ꝙ ista
opi. obseruat̃ in practica. ⁊ hāc opi. cōprobat ipse optima rōne
quia habēs hypothecariā hꝫ tm̄ ius in re ad aduocādā solam
nudā possessionē. vt est tex. no. in. l. si cū vēditor. in ṗn. ff. de euic.
quā Ang. de are. hic nō in isto loco: sed in col. seq. reputat sing.
non aūt titulū habet habilē ad causandū dñiū. ⁊ sic ad inducē-
dam vsucapiēdi ꝯditionem. ille v̉o tertius qui rem possidet et
habet causam a principali debitore habet titulū ⁊ bonā fidem
et actualē possessionē de p̄senti. ⁊ ꝯsequēter habet vsucapiendi
conditionē. cum ergo habeat plura ⁊ pinguiora iura ꝗ̃ agens
hypothecaria: qui nullū penitus titulū habet. ergo sibi merito
est preferēdus: per id qd in simili dicūt doc. vt Bar. in. l. heredi
tatis. C. de peti. here. dum assignāt rationē quare petitio here-
ditatis non detur contra titulo possidentē. ¶ Ego in hoc dubita
tissimo pūcto teneo hāc nouā opi. ꝙ si principalis debitor spe-
cialiter hypothecauit rē aliquā quo casu si ipse principalis de-
bitor ꝯueniret̃ hypothecaria. ⁊ refert qōnem dñij obstaret re-
plicatio doli. quia argueret̃ eius dolus: per d. l. si inter. §. j. ff. de
pigno. eodem modo tertius possessor habens causam lucrati-
uam ab eo non posset referre questionē dominij: quia sic argue
retur dolus autoris sui qui sibi debet nocere. d. l. apud celsum.
§. de autoris. ⁊. §. autoris dolus. ⁊ sic isto casu teneo ꝙ sufficiat
198 ¶ † Et si vultis videre casus in qbus dñs ēt alterius gestione
obligat̃ sed nō insolidū. videte glo. ordi. §. j. in ver. obligatū. s̃.
199 de obli. q̃ ex qua. ꝯtra. ¶ † In ista actiõe neg. gest. tam directa
q̄ cōtraria habetis formā libelli per Spe. in ti. de iu. §. gñalia.
ver. sequit̃. ⁊ p Rof. in ti. de ac. neg. gest. ſm ꝙ hic referūt Joā.
de pla. ⁊ Nico. de nea. hic in. iij. q. ⁊ vltramōtani extra gl. ⁊ for-
mā libelli ponit Bal. in. l. ij. ff. de neg. gest. p illū tex. vbi bonus
200 est tex. ad hoc vt ibi etiā notādo dicit Bart. ¶ † Et de forma
probādi videte etiā glo. in. l. j. in prin. in glo. magna. ⁊ ibi Bar.
Bal. ⁊ Ang. ⁊ alios. ff. de eden. ⁊ Bar. in. l. si mādatū. C. de neg.
gest. ⁊ do. Ant. in. c. ij. extra de libelli obla. ⁊ qd̄ no. Bal. i. l. si pe
201 cuniā. in fi. C. de ne. gest. ⁊ ista sufficiāt. ¶ † Et formā huius li-
belli ponit etiā Ang. hic sed latius ⁊ plenius Jo. de pla. hic vi
202 deatis. ¶ † Qualiter aūt formandi sint articuli ⁊ qualiter fiē-
de sint positiones in ista actione nego. gest. vide tex. in. l. sed an
vltra. §. j. ⁊ ibi Bar. no. ff. de ne. ge. ⁊ Bar. notabil'r in. d. l. si mā
datū. C. eo. ⁊ ei⁹ v̄ba habetis simpl'r relata nullo addito p ang.
hic. ¶ Successiue iuxta ordinē tex. sequitur de actione māda-
ti depositi ꝓ socio ⁊ cōmodati. In istis quatuor actionib⁹ ha-
buistis suos ꝑticulares libellos cū suis opportunis materijs
in. §. sequēs. extra glo. s̃. eo. ti. ¶ Sequitur nūc regulato ordi-
ne de actione tutele circa quā Ang. hic fecit quasi vnum tracta
tū tutelarū colligēdo hic p viā summe quasi oīa tradita p bar.
⁊ alios scribētes ĩ locis suis ordinarijs qd̄ nō est aliud q̄ mate
203 rias extra loca sua ordinata impertinēter extrahere. ¶ † De
formis aūt libelloꝝ ĩ ista actione tutele tā directa q̄ ꝯria. Itē ⁊
in actione ꝓtutele tā directa q̄ ꝯria. iuxta. l. fi. ff. de eo q pro tu
to. ⁊ declaraui. s̃. in gl. in verbo protutele. item ⁊ in vtili nego.
gest. de qua loquitur rubri. ff. de ꝯria tutela ⁊ vtili actione. Itē
⁊ in materia suspecti tutoris ⁊ in actione de tute. ⁊ rationib⁹ di
stra. de qua loquitur rub. ff. de tute. ⁊ rō. dist. ⁊ potissimū. l. j. §.
204 nūc tractemus. ⁊. l. ij. illius ti. † Itē ⁊ in actione in factū subsi
diaria que competit contra magistratū qui malū vel non ido-
neum tutorē dedit de qua loquitur ti. ff. de magistra. cōuenien
dis. ⁊ est glo. magistra in. §. sciendū. in ver. subsidiaria. ff. de sa-
205 tisda. tuto. † Item ⁊ in actione in factū ad interesse cōtra fal-
sum tutorem autorantē de qua loqtur maxime. l. nouissime. ff.
quod falso tuto. autore. ⁊ glos. solēnis ⁊ magistra in. l. j. in prin.
206 in eo. ti. † In istis oībus habetis formas libellorū per Spec.
in ti. de iudi. §. generalia. ver. sequitur. in fi. illius. §. per Roff.
in ti. de actio. tute. ⁊ in ti. de contraria actio. tu. ⁊ in ti. de actio.
protute. ⁊ in ti. de vti. actio. neg. gest. cōtra curatorē. ⁊ in tit.
falso tuto. auto. ⁊ in tit. de actio. contra magistratum. ſm ꝙ re-
fert Jo. de pla. hic. Et in actione tutele directa que datur con-

a ¶ Actio in fa-
ctū. Quib⁹ actio
nib⁹ autem peti
possint locatio-
nes q̃s facit do-
ctor vel medicus
de operis suis.
vide. d. bar. sozi.
in ꝯsi. cxcvj. inci.
circa p̄ntē. v̄. iij.
ista opi. ĩ. ij. par-
te. vbi etiā pōit
ꝙ nō differūt ab
ea quam facit fa
mulus de suis. ⁊
ibidē ponit etiā
qd de medico cō
ducto ad certuꝫ
tp̄s a cōitate ꝑ
certo salario: an
finito tp̄e si cura
uerit ĩfirmos vt
pri⁹ sibi debeas:
lꝫ renouata con
ducta nō fuerit.
b ¶ L. paterfami.
Ubi ad hoc vi-
de Frā. are. ⁊. d.
Jas. may. ⁊ Frā.
ĩ. l. cū filio. ĩ. vij.
col. de leg. j. ⁊ in
l. cū filio. de vul-
ga. et pupilla.

tra tutorem habetis formā libelli per Ang. hic. ⁊ latius p Jo.
de pla. hic. ⁊ vide gl. in. l. j. in prin. ⁊ Bar. Bal. Ang. ⁊ alios. ff.
de edē. ⁊ Sali. in. l. edita. C. de eden. ⁊ do. Ant. de but. in. c. ij. ex
tra de libel. obla. ⁊ quod notabiliter in terminis nostris dixit
Bar. in. l. j. circa. ij. co. C. si aduer. rem iudi. vbi dixit nota. Bar.
per illum tex. cum glo. ꝙ non solum procedit libellus in actio.
tute. si peto condēnari tutorem ad reddēdum rationem admi-
nistrationis cum assignatione reliquorum ſm ꝙ concludūt et
declarant Ang. ⁊ Jo. de pla. hic. verūetiam contra ipsos pro-
cedit libellus si peto condēnari tutorem ad dādū certā quāti-
tatē occasione administrationis: vt ibi p Bar. de quo etiā vide
Ange. in. l. j. in prin. ff. de eden. ⁊ in. l. cū ꝓpterea. C. si quis alte.
207 vel sibi. ¶ † Successiue iuxta ordinē tex. esset libellus ĩ actio-
ne pigneratitia. ceterū qr nō est multi artificij: sufficiāt etiaꝫ in
ea opportune remissiones. vñ de forma libelli ĩ actione pigne-
ratitia tam directa q̄ cōtraria videatis Specu. in ti. de pigno.
§. j. ⁊ Roffre. in tit. de pigner. actio. ⁊ in titu. de contra. pigno.
actio. ſm ꝙ hic referunt Joā. de pla. ⁊ Nico. de nea. hic in. iij. et
vlti. q. extra glo. ⁊ vide glo. ⁊ ibi no. Bar. in. l. cū debitore. ff. de
pigne. actio. ⁊ habetis in specie per Ang. ⁊ latius p Jo. de pla.
208 hic. ¶ † Et si vultis scire differentias que sunt inter pignera
titiam actionem tam directā q̄ cōtrariā ⁊ actionē hypotheca-
riā. videte glo. solēnem in. §. tertij. ver. emula. ⁊ melius ĩ verbo
actionibus. in proe. ffoꝝ. ⁊ dicit Bart. ꝙ alibi in corpore iuris
nō habemus meliorē glo. illa. ⁊ ibi videte melius p Bar. q po
nit in quib⁹ cōueniāt ⁊ in qbus differāt suprascripte actiones.
cuius verba simpl'r sequit̃ nullo addito Ang. hic. ⁊ vltra diffe
rētias ibi traditas. videte etiā aliā differētiā p Bar. in. l. si ĩ rē.
§. ꝓprie. p illū tex. ff. de pigne. actio. ⁊ ibi etiā p illū text. in ver.
proprie. ponit singulariter Bar. an statuta loquētia de pigno-
re habeāt locū in hypotheca vt ibi per eū. ¶ Sequit̃ in tex. de
actio. fami. herciscū. ⁊ actione cōmuni diui. in istis vide ꝑticu-
lariter libellos vna cū suis opportunis materijs in. §. q̃dā. s̃. e.
¶ In actiõe aūt prescrip. ver. q̃ ꝓ estimato competit vidimus
eius libellū vna cū sua materia. s̃. in gl. in ver. ꝓ estimato. Eo-
dē mō in actiõe p̃scrip. ver. ⁊ ꝑmutatione. vidimus libellū vna
cū sua materia. s̃. in gl. in ver. ex ꝑmutatione. ¶ Superest vlti
mo loco vt videamus libellum in petitione hereditatis q̃ vlti
mo loco enumerat̃ hic in tex. Pro introductiõe materie vidē-
da sunt aliqua circa istā petitionē hereditatis q̃ multū confe-
209 runt ad formā libelli. † In primis cui cōpetit ista actio. ⁊ ex-
peditū est ꝙ directa petitio hereditatis cōpetit illi q est heres
de iure ciuili siue ex testamento siue ab intestato siue p se siue p
mediā ꝑsonā etiā extranei. vt. l. j. ij. ⁊. iij. in prin. ⁊. j. ⁊. §. fin. ff. de
peti. here. ⁊ qd̄ in istis locis notat glo. maxime in. d. l. ij. ⁊. iij. in
glo. magna ⁊ intantū ista sunt vera ꝙ etiam si ante me fuissent
mille successores quoꝝ vn⁹ successisset alteri: ego q sum heres
vltimi possum me dicere heredē primi ⁊ petere hereditatē pri
mi defuncti tāq̄ ei⁹ heres q̄uis ab eo nō sim institutus heres
nec etiā succedā ab intestato: imo plus etiā nō facta mentione
illoꝝ qui medij fuerūt in successione: ⁊ talis libellus procedit.
210 † qr q heredis est heres etiā primi testatoris est heres. vt. l. pa
b terfa.[b] primis tabulis. in fi. ff. de vulg. ⁊ pupilla. quē ibi in ter-
minis notat Bar. ꝓ dicto libello ⁊ ibidē alij scribētes post eū
ad idē tex. in. l. fi. C. de heredi. insti. quē etiā no. ad hoc Bar. ibi
⁊ latius Bal. in. xvij. q. ⁊ in. q. seq. ⁊ seq. ⁊ etiā in. xxij. q. ad idem
est tex. in. l. iij. ⁊ ibi gl. mag. circa medium. ⁊ ibi Bart. ff. de peti.
here. ad idē tex. in. l. si quis filiū. §. fi. ⁊ ibi Bar. in bonis lectu-
ris. ff. de acqui. here. ⁊ ibi moderni post eū. ⁊ Bar. in. l. si defen-
sor. §. illud. ff. de interroga. actio. ⁊ Bar. licet non ita clare in. l.
⁊ an eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. imo. l. iij. ff. de vul
ga. ⁊ pupil. ⁊ in. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acqui. posses. in notabi
211 libus. ¶ † Et per ista dicebat etiam Bart. in. d. l. fi. C. de here.
insti. ꝙ si aliquis fuit heres patri suo ꝓ vna parte ex persona
sua ⁊ pro alijs partibus ex persona fratrū suorum premortuo
rum ꝙ nihilominus recte agit. licet in libello simpliciter se eē
heredē patris sui insolidum dicat per suprascripta. Dixit ta-
men ad suprascriptorum limitationē ⁊ declarationem Bar. in
212 d. l. si defensor. §. illud. per illū tex. ff. de interroga. actio. † ꝙ si
interesset legatarij forte ꝓpter legata vel substitutiões vel for
te propter separationē bonorum quaꝫ a iudice impetrauerat.
⁊ sic propter hoc deliberatio aduersarij impediet̃ posset iudex
ad instantiam ꝑtis interrogare an sit heres in totum ex perso
na sua: an vero per mediam personam. i. alterius: ⁊ cōsequen-
ter an sit heres mediate an imediate. ⁊ ad hoc cogetur respon-
dere. quod dictum sequuntur etiā Cano. vt Ant. de bu. Imo.
⁊ Abb. Panor. in. c. ij. extra de libel. obla. Et per hoc ego cre-
do non esse veram vnam limitationem quam ad suprascripta
tradit Joan. de pla. hic vbi dicit ꝙ eo casu quo facta esset di-
stinctio ⁊ separatio bonorum ⁊ hereditatis primi defuncti et
eius heredum ad instantiā creditorum ꝙ isto casu p̄dicta non
habent

habēt locū vt isto casu posset qs simplr̄ ꝛ insolidū dicere se he redē primi defuncti. allegat ad hoc. l. si creditores. ꝛ ibi Bar. ff. de sepa. bo. qꝛ imo vult Bar. cōtrariū in. d. l. illud. vt. s. retuli. dū vult ꝙ etiā si intersit aduersarij ꝙ esset qn̄ facta esset separatio bonoꝝ. vt. s. declaraui. tn̄ semp illa simplex petitio admitteretur quāuis postea ad instantiā partis posset iudex interrogare vt. s. nec ob. d. l. si creditores. ꝛ ibi Bart. in fi. qꝛ solū dicit ibi Bar. ꝑ illū tex. ꝙ ꝗuis facta aditiōe per heredē efficiaꝛ totū vnū patrimoniū heredis. ꝛ est gl. in. l. j. §. veteres. ff. de acq. pos. ꝛ dicā circa hoc infra multa pulchra: tn̄ si fuit ipetrata separatio bonoꝝ ad instantiā creditoꝝ hoc casu debebūt vendi bona defuncti tāꝗ defuncti nō tāꝗ heredis ꝑ illū tex. i ver. q̄si defuncti bona. qδ reputat Bal. ibi multū no. qꝛ hoc fateor ꝛ nihil penitus obstat p̄dictis quominus etiā ipetrata separatione bonoꝝ nō possit agēs in libello dicere simplr̄ se esse heredē insolidū primi defuncti. Nec per hoc nego quin postea deueniēdum sit ad venditionē bonoꝝ ꝙ facta separatione debebūt separatim vendi bona defuncti tāꝗ defuncti nō tāꝗ heredis. ꝑ

213 d. l. si creditores. cū ibi notatis ꝑ Bart. ¶ †Itē addite p̄dictis inquātū dixi ꝙ ille q est heres vltimi pōt dicere se heredē primi testatoris nec ꝑpterea libellus vitiaꝛ. addite illud qδ singulariter dicit glo. singu. in. l. iij. in gl. mag. in ver. intendere. ff. de peti. here. qδ est adhuc fortius: vꝫ ꝙ si prim⁹ puta seius mortuus sit ab intestato nullo penitus cōdito testō: ꝛ ille cui immediate succedit: puta titius fecerit testamētū in quo instituerit me heredē ꝙ ego in libello possum dicere me heredē illius primi seij ex testō: quāuis ipse nullū fecerit testamentū. qδ est ꝫm illā glo. mirabile. Eodē modo econtra si ille primus seius fecisset testm̄ ꝛ ille titius ab intestato decessisset ex cuius persona ego venio. certe possum in libello me dicere heredē ab intestato illius primi seij: ꝗuis ipse cōdiderit testm̄. ꝛ hoc ideo: qꝛ dꝫ attendi cā ꝑxima ꝛ non remota. sed an vltimo loco defunctus cui ego immediate succedo fecerit testamentū vel ne. Bart. tn̄

214 alibi aliter distinguit. ibi videte per eū. ¶ †An aūt in libello petitionis hereditatis teneaꝛ quis exꝑmere an sit heres ex testamēto vel ab itestato: an vō sufficiat simplr̄ dicere se heredē. determinat vbiꝗ Bar. ꝙ nō sit necesse exprimere. queādmodū nō est etiā necesse exꝑmere an qs sit heres immediate ꝑ se: an vero per mediā personā. vt. s. vidimus. qꝛ ꝫm Bar. cum petitio hereditatis sit in rē ꝛ vniuersalis admittiꝛ petitio vniuersalis causa nō expressa. vt. l. sꝫ ꝛ si lege. §. petitio. ff. de pe. here. ꝛ in. l. si mater. in prin. ff. de excep. rei iudi. Causa tn̄ cognita ꝫm eū si videret iudex multū interesse rei cōueti posset cogere actorem ad declarandū per. d. l. si defensor. §. illud. ff. de interroga. act. ꝛ dixi. s. ita tenet Bar. in. d. l. iij. ff. de pe. here. de quo tamē qꝛ nō est sine dubio: ꝛ multi tenent contrariū ꝙ imo qs teneaꝛ exprimere in libello an sit heres ex testamēto vel ab intestato. videatis etiā tex. ꝛ ibi Bar. in. d. l. si defensor. §. illud. ꝛ tex. in. l. ij. in ver. velut ex testamēto. C. de succes. edic. ꝛ ibi Bal. q illum ponderat ad hoc cōtra predicta. videatis etiā per Bald. in. l. j. in prin. ff. de edē. in. xx. col. dum format libellū in petitione hereditatis. ꝛ per eūdē in. l. edita. in repe. paduana. in. xx. colū. C. de edē. ꝛ in. l. gallus. §. j. in pe. col. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ in. l. si is ad quē. per illū tex. ff. de acqui. here. ꝛ ibi etiam Pau. de cast. ꝛ Spec. in ti. de actore. §. j. ver. itē qui se dicit. ꝛ ibi etiā ꝑ Bal. in addi. ꝛ per Host. Ioā. an. ꝛ alios in. c. ij. extra de libel. oblatio.

215 ¶ †An aūt in libello petitionis hereditatis qs teneat specificare res hereditarias. dicite ꝙ non: imo sufficit simpliciter petere hereditatē rebus nō specificatis. gl. est no. in. l. j. in prin. ff. de eden. in gl. mag. paulopost prin. quā sequunꝛ cōiter doc. ibi vt Bar. ꝛ ꝑ ea bn̄ facit tex. in. l. sꝫ si possessori. si cū de hereditate. ff. de iureiur. bene facit tex. in. l. iiij. ꝛ in. l. si quo tpe. ff. de petitione heredi. vbi in tali iudicio petitionis hereditatis intelliguntur comprehēdi etiam ea que post libellum productum cepta sunt possideri per ipsum reum cōuentū. ꝛ sic ea que nō fuerunt specifice petita in libello. de quo etiā vide Sali. vbi hoc limitat in. d. l. edita. C. de edē. accedat qδ in simili dicimus in dote qδ etiā est iudiciū vniuersale sicut ꝛ petitio hereditatis. vt ꝑ Bar. ꝛ alios doct. in rub. ff. solu. matri. cū suis concordantijs. in qua dote ꝑcedit etiā libellus si aliqs simplr̄ petit cōdēnari ad restituedā dotē nō facta specificatione alicuius rei dotalis. vt per Bar. in. l. fi. C. de sen. q̄ sine certa quātitate. ꝛ ibidē ꝑ bal. Ang. ꝛ Sali. ꝛ per Bal. in. l. j. in prin. in. iiij. col. ff. de edē. ꝛ per Bal. ꝛ Modernos in. l. j. ff. sol. ma. ꝛ ꝑ Bal. in addi. ad Spe. in ti. de sentētijs. in. iiij. col. ꝛ Pau. de ca. ꝛ alios modernos in ru

216 bri. ff. sol. ma. ¶ †Itē aduertite ꝙ petitio hereditatis competit siue qs sit heres insolidū siue ꝑ parte. vt. l. lꝫ minimā. cū si. ff. de peti. here. dūmodo illa pars sit quota hereditatis: ꝛ sic cōtineat iura actiue ꝛ passiue vn̄ nō cōpeteret habēti quotā bonoꝝ. iuxta. l. qs seruū. §. fi. ꝛ. l. seq. ꝛ ibi glo. iūctis ibi late traditis ꝑ Bar. ff. de leg. ij. ꝛ tex. in. l. mulier. §. fi. cū gl. ꝛ ibi ꝑ Ange. et alios. ff. ad treb. ꝛ. l. nō amplius. §. fi. cū. l. seq. ꝛ ibi etiam per Ang. ꝛ alios. ff. de leg. j. ꝛ istud est multū vtile: ꝛ facit ꝙ filio instituto in legitima sua tm̄ vel acceptāti suā legitimā tm̄ ꝛ alia hereditaria repudiāti nō cōpetat petitio hereditatis cū legitima nō sit quota hereditatis sꝫ quota bonoꝝ. l. papinianus. §. iiij. aūt. ff. de inoffi. testa. ꝛ tꝫ Bar. in. l. ex facto magna. in. ij. col. ff. de here. insti. ꝛ Bald. in. l. quoties. C. de here. insti. quicqd tenuerit Ang. in. l. ita tn̄. §. si p̄ronus. ff. ad trebel. per illū tex. ad quē r̄ndete vt ibi ꝑ Imo. ꝛ Ang. de are. hic q vltimo subdit ꝙ

217 ista opinio obseruaꝛ in practica. ¶ †Cōtra quē aūt detur petitio hereditatis est expeditū: qꝛ daꝛ ꝯ possidentē ꝑ herede. i. cōtra putātē se heredē cū nō sit: siue bonafide credat se heredē cū nō sit: siue etiā malafide sciēs se nō esse heredē cōtēdat tn̄ se heredē. vt. l. ꝑ herede. i prin. cū gl. j. mag. ff. de peti. here. q̄ magistraꝛr declarat quot modis capiaꝛ iste terminus ꝑ herede: ꝛ qn̄ sit titulus. ꝛ qδ i materia nr̄a nō est titulus: qꝛ si esset titul⁹ peti. heredi. nō dareꝛ ꝯ titulo possidētē vt statim. j. late et notabiliter subijciā. ꝛ similē gl. habetis in rub. ff. de vsucap. ꝑ here

218 de. ꝛ ponit Bar. in. l. j. ff. ꝑ herede. ¶ †Itē daꝛ ista petitio hereditatis ꝯtra possidentē pro possessore hoc est cōtra eū q simpliciter ꝛ sine aliquo titulo possidet nec vllū titulū possessiōis scit allegare nisi qꝛ possideo: vt predo fur raptor ꝛ qlibet male fidei possessor. d. l. ꝑ herede. §. fi. cū. l. seq. ꝛ in p̄n. l. seq. ꝛ. l. regulariter. ff. de peti. here. Et idē etiā esset si allegaret tit. ꝛ eū ꝑbaret. sꝫ esset titulus inualidus: hoc est titulus q habeꝛ ꝑ nō titulo. vt. l. nec vllā. §. j. cū gl. i vbo sciēs. ꝛ ibi Bar. ff. de peti. here. regulariter aūt petitio hereditatis nō datur cōtra possidentē titulo vō ꝛ iusto sicut nec publiciana. vt. l. sine aūt. §. si duob⁹. ff. de publi. ꝛ de hoc sꝫ publiciana dixi late in. §. sꝫ iste. s. eo. et in terminis nostris que sit ratio quare petitio hereditatis non datur cōtra titu. possidentē vnam ponit gl. in. l. hereditatis. in verbo cōpellat. C. de peti. here. aliam ponit gl. in. l. hereditatē. in gl. fi. mag. C. in qui. cau. cessat longi tēp. p̄scri. ꝛ ambas reprehēdit Bar. in. d. l. hereditatis. vide ibi ꝑ eū. ꝛ ibi Bar. assignat verā rationē doc. q̄ cōiter tenet ꝛ fuit ratio antiquoꝝ. vt Cy. in l. cogi. C. de peti. here. nam ille qui agit peti. here. fundat se solum ex titulo solo. si igitur aduersarius cōuētus possidet: ꝛ cū titulo habet titulum sicut ipse ꝛ sic habet equale ius. vn̄ cū habeat istud plus qδ possidet merito nō dꝫ posse conueniri peti. here. ꝛ si diceres attēta ista rōne ꝑ vera sequereꝛ ꝙ etiā rei vēdi. nō deberet dari ꝯtra titulo possidentē qδ tn̄ est falsum. vt. l. vnica. cū si. C. de alie. iu. mu. cā fac. respondet no. Bar. vbi. s. qδ agēs rei vendi. non fundat solum se ex titulo: sed etiam ex iure qδ habet in re eo qꝛ dn̄s. nimirum ergo si cōpetit etiam cōtra titulo possidentem: hinc est ꝙ si heres vellet se fundare nō tantum ex titulo sꝫ etiā ex iure qδ habet mediante persona defuncti. ꝛ sic ex dominio suo posset agere nō dico petitione hereditatis sed rei vendi. etiā contra titulo possidentes. est tn̄ verum ꝙ magis grauareꝛ qꝛ haberet necesse ꝑbare dominiū cui⁹ probatio est difficillima prout late dixi in. §. sꝫ iste. s. eo. qδ non est in petitione hereditatis in qua sufficit ꝑbatio solius tituli. scꝫ qδ sit heres. Et suprascriptā rationē ponit etiā Bart. in. l. pro herede. in prin. ff. de peti. heredi. ꝛ eā sequitur Ang. in. l. pomponius. al's incipit si ex equis. ff. de rei ven. ꝛ Ang. ꝛ Imo. in. l. si is qui bonis. ff. de acqui. here. de qua etiam vide Bal. in. d. l. hereditatē. C. in quibus cau. cessat longi tp̄is prescriptio. ꝛ per istam rationē que est cōmunis apud doct. Ego puto posse reprehēdi illud singulare dictum ꝛ singularē limitationē ad suprascripta Bal. in. l. fi. in. ix. ꝛ etiam in. xj. oppo. C. de edic. diui adri. tol. de quo dicto Bal. tantū gloriatur ꝛ tam magnū festū facit vbi dixit ꝙ regula suprascripta q̄ habet qδ petitio hereditatis nō datur cōtra titulo possidentē procedat quādo ille titulus istius qui possidet precessit mortē testatoris: sꝫ quādo titulus ꝛ possessio fuissent adepti mortuo testatore: tūc ꝫm eū nō excludiꝛ petitio hereditatis nisi esset cōpleta p̄scriptio ꝛ consequēter stat ꝫm eū ꝙ contra possessorē rei habentē titulū nouū quesitū post mortē testatoris bene daꝛ petitio hereditatis. qδ dictum ꝑ singularissima limitatione regule predicte dicit ibi Bal. esse tenendū mēti ꝛ esse nota perpetuo dignum. ꝛ dicit ꝙ miraꝛ hoc a nemine fuisse animaduersuꝫ vt verbis suis vtar. nam iudicio meo si nos attēdimus rōnem cōem doctoꝝ. s. relatā ꝙ petitio hereditatis nō datur cōtra titulo possidentem: certe illa ratio ꝑcedit siue titulus sit acquisitus ante mortē testatoris siue post. ꝛ ꝯtra Bal. tꝫ expresse Sali. in illamet. l. fi. C. de edi. diui adri. tol. ꝛ in. l. j. C. de peti. here. per illum tex. iuncto prin. cū si. ꝛ iūcta. l. hereditatis. eo. ti. que iura nō faciūt hāc differētiam. ꝛ ꝯtra Bal. allego vobis glo. expresse tenentē contrarium in. l. penulti. ꝛ fi. ff. pro legato. ꝛ ipsemet Bal. fuit sibi ipsi cōtrarius. in repeti. in. l. incerti. in. xij. col. de interdic. ꝛ ibi respōdēt ad. d. l. fi. C. de edi. diui adri. tol. de cuius dicti veritate vide etiā Pau. de cast. in. d. l. fi. qui illud nititur saluare vno

casu singulari quē statim subijciā. videatis etiā Ang. de are. in
219 §. sed iste. pe. char. ṡ. e. ¶ † Itē ꝑ suprascriptā rōnē cōem puto
ꝙ etiā cōfundi possit alia peregrina limitatio Sali. ī. d. l. fi. C.
de edi. diui adri. tol. ⁊ in. d. l. ij. C. de pe. here. ad suprascriptā re
gulā q̄ hꝫ ꝙ petitio heredi. nō daꝛ cōtra titulo possidentē. naꝫ
ſm eū illa est vera ⁊ ꝓcedit nisi titulus esset acquisitus de ꝑ se
post possessionē primo apprehēsam: qꝛ postq̄ pe. heredi. semel
fuit nata qñ ille simplr possidebat sine titulo: certe titulꝰ post-
ea superueniēs ipsi possessori nō debet patrocinari ipsi posses-
sori: nec extinguere actionē iam fundatā. allegat. l. si rē ⁊ p̄tiū.
⁊ ibi gl. sentit. ff. de pe. heredi. vbi pretiū rei hereditarie vendi-
te qd̄ habetur cū titulo nihilominus venit in peti. heredi. que
prius ad rē hereditariā nata erat. ⁊ q̄uis Sali. istam singula-
rē limitationē sibi ascripserit imprudēter: tñ ante eū fuit Bal.
in eodēmet loco qui eā formaliter cū oibꝰ suprascriptis ratio-
nibꝰ ponit in. d. l. fi. C. de edi. diui adri. tol. ī. x. oppo. in ver. vnū
tñ scias. nam iudicio meo si nos attendimus rōnem cōem quā
ṡ. retuli quare peti. heredi. nō daꝛ cōtra titulo possidētem. illa
ratio videtur ꝓcedere ⁊ militare siue titulus sit acq̄situs cum
possessione siue etiā sit acq̄situs de per se post possessionem ap
prehēsam. ⁊ glo. in. d. l. si rem ⁊ pretiū. sup qua se fundat Bald.
Sali. reprehendiꝛ ⁊ merito ꝑ Bar. ibi qui aliter dicit. dic vt ibi ꝑ
220 eum. ¶ † Aliam singularē limitationē ad regulam suprascri
ptam ego trado vobis q̄ est verissima: vt predicta regula que
habet ꝙ peti. here. nō datur cōtra titulo possidētem ꝓcedat qñ
quis acq̄siuisset titulū ab eo q petitorē agentē petitione here.
potuisset excludere ⁊ repellere quia possidebat vero titulo. nā
tunc ille qui acquisiuisset ab eo nō posset petitione heredi. con
ueniri. secus est aūt si acquisiuisset titulū ab eo q potuisset pe-
ti. here. cōueniri: qꝛ nullū ius habebat sed simpliciter posside-
bat ꝓ herede vel ꝓ possessore: qꝛ hoc casu iste scd̄s q̄uis possi-
deret cū vero titulo nihilominꝰ posset peti. here. ꝯueniri. ⁊ ista
limitatio esset scribēda literis aureis. ita in terminis signāter
dicit Bar. in. l. cogi. versus fi. C. de pe. here. ⁊ idem Bart. q̄uis
nō ita clare in. l. si rem ⁊ pretiū. in p̄n. in. j. oppo. ff. de peti. here.
⁊ eū sequiꝛ Pau. de cast. in. d. l. fi. C. de edicto diui. q isto modo
saluat limitationē Bal. quā ṡ. pro prima retuli vt ꝓcedat quā
do titulus fuisset acquisitus post mortem defuncti ab eo q po-
tuisset a defuncto conueniri. quo casu q̄uis cū titulo possideat
nihilominus poterit ꝯueniri peti. heredi. que saluatio mihi in
nihilū placet: qꝛ ꝙ tūc peti. heredi. posses cōueniri nō esset eo
qꝛ titulus fuisset acquisitus post mortē testatoris vt vult Bal.
ſꝫ eo qꝛ fuisset acquisitus a tali q poterat cōueniri peti. here. et
pro ista singulari limitatiōe quā ꝓxime retuli bene facit qd̄ vo
luit gl. illa solēnis in. l. si duo. in prin. in glo. ij. ⁊ ibi Bart. ff. vti
possidetis. Ego tñ hodie nouiter pōderaui Bar. alibi volentē
expresse ꝯtrariū in. l. iij. §. opus. ff. de alie. iudi. mu. cā facta. vbi
formalr vult Bar. ꝙ ille q possidebat ꝓ herede vel ꝓ possesso
re cōsequenter tenebaꝛ mihi ⁊ cōueniri poterat peti. heredi. et
alienauerit in alium qd̄ ꝑ istā alienationē est mihi sublata pe-
titio heredi. ⁊ cōsequēter ꝙ ego nō potero istū secūdū cōueni-
re peti. heredi. qꝛ iste nūc possidet cum ti. ecce ergo qualiter ibi
vult clare Bar. q̄uis iste scd̄s acquisiuerit titulū ab illo q pote
rat cōueniri peti. heredi. nihilominus iste scd̄s conueniri non
poterit peti. heredi. ergo Bar. est sibimet de directo ꝯtrarius.
quicquid sit Bar. ibi in. d. l. iij. §. opus singulariter dat per illū
tex. singulare remediū in materia nostra qd̄ diligētissime nota
te pro maxima limitatione ⁊ declaratione regule suprascripte
que habet ꝙ petitio heredi. nō datur cōtra titulo possidētem.
nā dicit Bar. qñ ille qui nō possidebat ti. ⁊ cōsequenter q a me
cōueniri poterat peti. here. alienauit in aliū quē ego nō possuꝫ
cōuenire pe. here. qꝛ possidet cū ti. ⁊ ꝯñr mihi hoc mō abstulit
oīno actionē peti. here. qꝛ nec eū ꝯuenire possum q alienauit:
cū alr̄s nūc nō possideat. nec eū q nūc possidet cū possideat titu
lo. ꝙ tñ ego possum cōuenire illū q alienauit actiōe in fac. vbi
si vultis videatis ex illo edicto de alie. iu. mu. cā fac. vt ibi sing.
ꝑ eū. ⁊ simile remediū retuli vobis in publiciana q̄ etiā nō cō-
petit ꝯ tit. possidentē in. §. sed iste. ṡ. eo. vbi latius de hoc dixi.
Sed nūc occurrit mihi ꝙ forte nō esset ponere os in celū tene-
re ꝙ ille q p̄us alienauit si dolo alienauit nec ꝯueniretꝛ ꝙ pos-
set cōueniri peti. here. proinde ac si possideret ꝓut ī simili dici
mus ī rei vē. q̄ nō daꝛ nisi ꝯtra possidentē cū req̄rat duo extre
ma habilia dn̄ium in agente ⁊ possessionē in cōuento. l. in rē. in
prin. ⁊ l. officiū. ff. de rei vē. ⁊ l. vnica. C. de alie. iud. mu. cā fac. ⁊
dixi late in. §. oīm. in materia rei vendicationis. ṡ. eo. ⁊ tñ si qs
dolo desijt possidere pōt cōueniri rei vēdi. ꝓinde ac si posside-
ret. l. is q dolo. in p̄n. cū fi. ff. de rei ven. ⁊ dixi late in. d. §. oīm. co
gitate tñ qꝛ nunc occurrit. ⁊ videte tex. in. l. nec vllam. alr̄s inci-
221 pit. l. etiā. §. itē si qs dolo. ⁊ l. ancillarū. ff. de peti. here. ¶ † Itē
pro alia notabili limitatione regule suprascripte q̄ hꝫ ꝙ peti-
tio heredi. nō datur contra ti. possidentem. notate ꝙ nō suffi-
ceret habere titulū ꝓcuratum post cōuentionem in iudicio fa
ctam ab here. qꝛ contra habentē titulum procuratum ego cre-
do ꝙ bene cōpeteret peti. heredi. et ideo teneo ꝙ inanis sit illa
cautela qua vtūtur aliqui imperiti aduocati quādo vidēt con
uentū peti. heredi. non habere titulū ꝓcurant habere ti. vt sic
actorē excludāt ad hoc tenendum. mouet me autoritas Bart.
in optimo simili in. l. siue aūt. §. si duobus. ff. de publi. per illū
tex. ⁊ ꝑ alias bonas rationes vbi vult no. Bar. ꝙ q̄uis publi-
ciana nō deꝛ ꝯtra ti. possidentē: tñ postq̄ esset cōuentus si ꝓcu
raret habere ti. ꝓut ſm eū quidā aduocati faciūt: certe istud ni
hil prodesset vt ibi per euꝫ. ⁊ dixi in. §. sed iste. ṡ. eo. ⁊ ibi dedi q̄
plures cōcor. ad hoc dictum Bar. circa istum ti. procuratū ad
quas cuꝫ expedierit recurrite. bene facit id quod dicebam sta-
tim in. ij. limitatione. ṡ. relata ꝙ postq̄ peti. heredi. semel esset
nata ti. supueniēs ipsi possessori nō haberet extinguere actio-
nem iam fundatā. qd̄ dictū q̄uis. ṡ. reprobauerim in terminis
de quibꝰ ibi tñ credo esse verissimum qñ actio nedū fuisset na
ta ſꝫ etiā ad exercitum deducta ⁊ cū hoc cōcurreret aliud. s. qd̄
in titu. supueniēs fuisset ꝓcuratus vt statim dixi. ⁊ ita etiā. s. ꝙ
cōtra possidentē ti. ꝓcurato post cōuentionem in iudicio factā
ab herede tamē competat peti. heredi. tenet etiam simpliciter
Jo. de pla. hic alios casus ad limitationē regule suprascripte
in quibus datur peti. heredi. contra ti. possidentem. ponit glo.
no. ⁊ mag. in. l. hereditatē. in glos. fi. in ver. non possunt. C. in q.
cau. cessat lon. tpis p̄scrip. ⁊ omnino vide tex. in. l. nec vllam. §.
omnibus. ⁊ ibi Bar. ⁊ tex. in. l. neratius. ⁊ ibi Barto. ⁊ tex. in. l.
etiam. §. j. ⁊ ibi Bar. ff. de peti. here. in quibus locis inuenietis
alias limitationes vltra eas quas. ṡ. retuli in specie ꝓpterea ꝙ
222 speciali nota vise sunt digne. ¶ † An aūt peti. heredi. cōpetat
cōtra possidentē ti. putatiuo ⁊ sic nūquid iustus error possidē-
tis hereditatē seu res hereditarias habeatur pro titulo ad ex
cludēdam hanc peti. heredi. glo. est singularis que tenuit ꝙ sic
in. l. fi. in glo. fi. ff. pro legato. cōtrariū tenet glo. in. l. j. in princi.
in verbo si nihil vsucaptū. ff. quorū bonoꝝ. ſm ꝙ eā ponderat
⁊ sequitur ibi Bar. ⁊ ea nota. ꝙ q̄uis iustus error habeaꝛ pro
ti. quātū ad vsucapionē: ⁊ ad prescriptionē: nō tñ habeꝛ ꝓ titu
lo quātum ad repellendū eum qui agit peti. heredi. vel inter-
dicto quoꝝ bonorum qd̄ reputat Bar. esse multū tenendū mē
223 ti. ¶ † An aūt titulꝰ diuisiōis excludat peti. heredi. ponit sin-
gulariter Bal. ī. l. pomponius. alr̄s incipit. si exequijs. ff. de rei
vendi. ad quod bene facit tex. in. l. j. cū gl. no. ⁊ ibi traditis per
224 Bar. ⁊ doc. C. cōmunia vtri. iudi. ¶ † Per suprascripta ha-
betis subsequenter aduertere ꝙ conuentus peti. heredi. cogiꝛ
allegare ⁊ dicere ti. possessionis sue: vt videatur an ista actione
possit cōueniri. casus est in. l. cogi. C. de peti. here. de cuius ītel
lectu vide ꝑ Inno. ⁊ alios in. c. si diligenti. circa fi. extra de pre-
scrip. per gl. in. c. cordi. in verbo. exhibere. ⁊ ibi per cano. de ap
pel. li. vj. ꝑ Cy. in. l. si solēnibus. C. de fide instru. per Lud. in. l.
nulla. in pe. col. ff. de ver. obli. alr̄s aūt regulr̄ nō cogiꝛ quis di-
cere ti. possessionis sue vt habetur in p̄dictis locis. in tm̄ qd̄ di
225 xit sing. Bart. in. l. j. C. de cōdu. ⁊ ꝓcu. predioꝝ fis. lib. xj. † qd̄ si
Rex faceret citari aliquē suū baronē vt ostēdat iura que hꝫ in
castris que possidet alioq ea sibi auferet ꝙ talis citatio est ipso
iure nulla: eo qꝛ talis baro nō cogiꝛ dicere ti. aut illum ostēde-
226 re. qd̄ dictum singularissime no. qꝛ quotidianū. ¶ † Qualiter
autē fiēde sint interrogatio. in ista peti. here. declarat no. Bar.
⁊ alij ī. d. l. cogi. ⁊ signāter Bar. ī. l. ꝯtro. in fi. pe. co. ff. de trāsac.
quam refert Ang. hic. ⁊ vide etiam tex. in. l. j. ff. de interro. ac. et
227 gl. ⁊ Bar. in. l. q interrogatus. ff. de pe. here. ¶ † Anteq̄ vlte-
rius ꝓsequar in p̄nti materia: qꝛ in supioribꝰ tetigi an filio in
legitima cōpetat ista peti. here. ⁊ firmaui ꝙ nō motus solū: qꝛ
legitima nō est quota hereditatis: ſꝫ quota bonoꝝ secutꝰ sim-
pliciter Ang. hic ita tenētē ⁊ ita dicētē in practica seruari nul-
las tñ alias autoritates doc. ī terminis tūc allegaui. idcirco qꝛ
articulus est vtilis ⁊ quotidianꝰ ⁊ multū dubitabilis nō est ita
sicco pede circa illū transeundū. ꝙ ergo ista peti. here. nō cōpe
tat filio instituto in legitima allego Ang. istud in terminis te-
nentē in. l. pōponius. §. si cōditioni. ff. de inoffi. test. ⁊ Sali. in. l.
scimus. in p̄n. C. de inof. test. ⁊ in. l. si qs in suo. in eo. tit. ⁊ in istis
locis truffaꝛ Sali. de tenētibus oppositū. cōtrariū tñ. s. ꝙ imo
filio instituto in legitima cōpetat peti. heredi. tenuit multum
signāter Bal. ⁊ est notabilissimū verbū in. d. l. si quis in suo. in
ver. q̄ro. §. quo iure. ⁊ idē etiā tenet Bal. in repe. l. pater filiuꝫ.
in. xij. col. ff. de inoffi. testa. ⁊ idē Bal. in. l. nō est. C. fami. hercis.
⁊ in. l. fi. in. xj. col. in ver. modo venio ad q̄stiones. C. de edi. diui
adri. tol. ⁊ idē etiam voluit Flo. in. l. j. in fi. C. de peti. here. ⁊ pro
hac parte bene facit qd̄ voluit Bal. in. d. l. si qs in suo. ver. iux-
ta hoc quero pone pater instituit ⁊c. ⁊ ꝑ hac etiam parte bene
facit qd̄ voluit idem Bal. in. d. l. fi. in. xj. colū. ver. modo venio
ad q̄ōnes. vbi voluit ꝙ filio pro legitima competat beneficiuꝫ
illius legis fi. sicut ⁊ peti. here. ⁊ iudiciū fami. hercis. vt ibi la-
tius per

tius p eũ. qđ etiã tenuit Bal. in. d. l. si qs in suo. C. de inoffi. test. Precedens opi. magis placet mihi per allegata p tenentes eã in suprascriptis locis. nã potissimum me mouent verba Bar. in. l. ex facto magna. in. ij. col. ff. de here. insti. q̃ etiã. s. retuli. qc

228 quid ibi dixerit Bal. ¶ †An aũt ꝛ qñ debitor possit conueniri peti. here. vide tex. in. l. etiã. aľs icipit. l. ne forte. §. fi. ꝛ ibi Bar. ꝛ in. l. seq. ꝛ seq. ꝛ in pñ. l. seq. ꝛ p totã legẽ. ff. de peti. heredi. ꝛ videatis oĩno singularẽ tex. ꝛ bene signãdũ circa quẽ dicit Ang. de are. hic se vidisse errare satis magnũ doctorẽ in. l. si debitor. ꝛ ibi Bar. ff. de peti. here. q̃ lex est multũ notanda ẽm Bar. ibi qꝛ glossat ꝛ limitat totũ titulũ peti. here. nã debitor hereditatis ita demũ conueniri põt petitiõe here. si se heredẽ ꝯtẽdat: aľs nullo mõ. ex q̃ notate qꝫ quis ad h̃ut possessor rex corporaliũ hereditariarũ teneať ista pet. here. nõ sit necesse qꝫ se heredẽ cõtendat. tñ secus est qñ agiť ꝯtra possessorẽ iuris in quo reqriť qꝫ se heredẽ cõtendat ad hoc vt cõueniri possit ista peti. here.

229 ꝛ p ista sequitur † qꝫ qñ agiť cõtra debitorẽ tanq̃ cõtra iuris possessorẽ debẽt alie iterrogatiões fieri q̃ ille de qb⁹. s. remissiue dixi. put inquit Bar. in. d. l. si debitor. qđ etiã est notandũ

230 in practica. ¶ †An aũt possessor hereditatis si rem aliquã hereditariã alienauit ꝛ p ea habeat pretiũ vel rem: nũqd tñ pcise teneať ꝛ cõueniri possit ad rem hereditariã. videte Bar. late distinguẽtem in. l. impator. §. fi. ff. de leg. ij. ꝛ aliqđ p Ang. hic.

231 †Et an cõuẽtus ista actiõe peti. here. possit pendẽte isto iudicio aliqđ alienare sine licẽtia iudicis ita qꝫ alienatio valeat. videte tex. no. i. d. l. diuus pius. in pñ. ꝛ ibi notabiliter Bar. ff. de

232 pe. here. ¶ †Uidimus in superiorib⁹ qb⁹ ꝛ ꝯtra quos cõpetat peti. here. videamus mõ. p quib⁹ rebus cõpetat. ꝛ expeditũ est qꝫ in ea veniũt tã res incorporales q̃ corporales q̃ fuerũt i dñio testatoris. ꝛ sic oĩa iura hereditaria ꝛ oẽs actiões ꝛ nõ solũ res q̃ fuerint i dñio defuncti: sed etiã res q̃ fuerũt solũ ab eo possesse. itẽ res nõ possesse ʒ detẽte q̃ remãserũt in hereditate tpe mortis defuncti. de his habetis tex. no. i. l. ita videndũ. §. fi. ꝛ ibi Bar. ꝛ i. l. se. q̃ icipit ꝛ nõ tm̃. in pñ. ꝛ ibi Bar. ff. de pe. here. q̃uis em̃ res q̃s defunctus detinebat tpe ei⁹ mortis q̃les sunt res deposite ꝛ cõmodate defuncto ꝛ similes nõ sunt hereditarie: sunt tñ i hereditate. vt ingt gl. no. i. l. si deo. §. j. in gl. fi. ff. de acq. pos. ꝛ ideo ẽm Ang. ibi dʒ deponi i innẽtario qꝫ heres habet ꝯficere. qđ etiam tenet Bal. in. d. l. ꝛ nõ tm̃. in pñ. Seruitutes aũt debite pdijs hereditarijs nõ veniũt i pe. here. ʒ p eis pp̃ria actiõe negatoria. s. ꝛ ꝯfessoria agi dʒ. d. l. nõ tm̃. §. fi. ꝛ ibi

233 Bar. ¶ †Nũqd aũt feudũ ꝛ emphiteosis veniãt in pe. here. videatis glo. no. in. d. l. itẽ videndum. §. fi. in ver. iura. ꝛ ibi Bar. Spe. i ti. de loca. §. nũc aliqua. v. clviij. Bal. in. c. j. de succes. feu. Bal. ꝛ Sali. i. l. liberti libertæq;. C. de ope. li. Bal. in. l. q se p̃ris. C. vñ lib. Jo. an. in addi. Spe. in ti. de feudis. §. qm̃. i addi. q̃ incipit directe. accedãt q̃ late tradit Bar. i. l. vt iurisiurãdi. §. si liberti. ff. de ope. li. ꝛ Jmo. in. l. qđ dꝛ. ff. de ver. obli. Pe. de anch. in cle. ij. de iure pa. ꝛ vide etiã Jo. de pla. hic. itẽ i ista peti. here. veniũt fructus cũ sit iudiciũ vniuersale: ꝛ fructus augeãt hereditatẽ. l. itẽ veniũt. §. itẽ nõ solũ. ꝛ. §. fructus. ꝛ ibi Bar. ff. de pe

234 ti. here. †Jtẽ pẽsiones honesto mõ pcepte etiã ꝛ inhonesto. d. l. siue bonefidei. §. fi. cũ. l. seq. ꝛ. l. ancillarũ. i pñ. ꝛ. §. fi. ff. de peti. here. Jtẽ veniũt in ista actiõe fruct⁹ nedũ pcepti ʒ etiã pcipiẽdi ꝛ q percipi potuerũt. tex. est in. l. sed ꝛ si. l. §. ꝛ si fructus. ff. de

235 pe. here. ꝛ habetis hic p Jo. de pla. ꝛ Ang. de are. ¶ †Unũ tñ circa istos fruct⁹ no. qđ ipi nõ ponũt qꝫ in pe. here. ꝛ in quocũqꝫ iudicio vniuersali veniũt fructus quantũcũqꝫ exp̃sse nõ petanť. qđ secus est in iudicio particulari: puta i rei ven. ꝛ rõ est:

236 †qꝛ fruct⁹ augent rẽ vniuersalẽ nõ aũt particularẽ. ita signanter Bar. in. l. ij. C. de peti. here. ꝛ in. l. iiij. §. hoc aũt iudicium. ff. de dã. infec. ꝛ in rub. ff. sol. ma. ꝛ in. l. itẽ veniũt. §. itẽ nõ solũ. ff. de pe. here. ꝛ no. Bal. ꝛ latius q̃ alibi in vlti. col. C. de fru. ꝛ lit.

237 expẽ. ꝛ Cy. i. l. nõ est. C. fa. hercis. ¶ †Jstis p plenaria itroductiõe materie premissis satis dʒ vobis liquere qualr formãd⁹ sit libell⁹ in ista pe. here. ꝛ ei⁹ libelli formã ponit i specie Spe. i ti. de iudi. in. iiij. pte. §. j. in pñ. ꝛ in. §. est ꝛ alia. ꝛ Roffre. in ti. de peti. here. videatis Bar. in. l. ij. ꝛ in. l. ʒ minimã. ff. de pe. here. ꝛ in. l. ex diuerso. §. j. in prin. ff. de rei ven. ꝛ in. l. ij. C. de sen. q̃ sine cer. quã. ꝛ gl. in. l. j. i prin. in glo. mag. post prin. ꝛ ibi Bar. Bal. Ang. ꝛ alios. ff. de edẽ. p Bar. Bal. Ange. ꝛ Sali. in. l. edita. C. de edẽ. glo. ꝛ doc. in. c. ij. extra de libel. obla. ꝛ habetis in specie p Jo. de pla. ꝛ Ang. hic. ꝛ iste remissiões sufficiãt: qꝛ rude esset aliter i specie libellũ ponere. aduertite tñ qꝫ in ꝯclusione istius libelli dʒ petere qs declarari se heredẽ cum hec actio sit realis ꝛ petitoriũ ꝯtineat. vt. l. ʒ ꝛ si. l. §. petitio. ꝛ ibi Bart. ff. de peti. heredi. ꝛ in. l. si nautẽ. §. sed ꝛ is. ff. de rei vendi. ergo in ea debet qs petere se declarari heredẽ: ꝛ hereditatẽ ad se pertinere i totũ vel pro parte. put casus cõtigerit. ita Bar. i. d. l. ij. ꝛ in. d. l. ʒ minimã. p illũ tex. ff. de peti. here. put etiã videmus in alijs petitorijs: vt in rei vendi. in qbus semper concludi debet ad declarationẽ dñij vel alterius iuris qđ qs pretẽdit se habere in re: vt late dixi in. §. oĩm. in libello rei vẽdicationis. s. eo. procederet tñ ꝯclusio libelli i ista peti. here. q̃uis nõ peteret declarari se heredẽ vel res hereditarias ad se ptinere si solũ peteret restitutionẽ rerũ hereditariarũ: qꝛ eo ipo qꝫ qs petit restitutionẽ rerũ hereditariarũ tãq̃ heres tacite vr̃ petere ꝓnũtiari se heredẽ. ita Bar. in. l. ex diuerso. §. j. iuxta prin. ff. de rei ven. ꝛ dixi late in. d. §. oĩm. in libello rei vẽ. ꝛ ibi dedi multas ꝯcordãtias. ad quas cũ expedierit recurratis. Aduertite tñ ne decipiamini qꝫ restõ rerũ hereditariarũ nõ iure isti⁹ actionis ʒ officio iudicis fieri dʒ. tex. est i. d. l. licet minimã. in v̄bo officio iudicis. ꝛ

238 ibi Bar. ff. de peti. here. ¶ †Ultimo p perfecto complemẽto libelli in ista peti. heredi. vnum diligẽtissime notate in quo vehemẽter errať i practica. qꝫ postq̃ semel heres adept⁹ est possessionẽ rerũ hereditariarũ nõ põt amplius in futurũ intẽtare peti. here. p aliqua ex illis hereditarijs rebus quarũ possessionẽ adeptus fuerat a cuius possessione postea cecidit. ita signãter ꝛ magistraľr Bar. i. l. j. ff. de fideicõmissa. here. peti. ꝛ sentit ibi gl. ij. in verbo hereditas. ꝛ est rõ in ꝓmptu put etiã inquit ibi Bar. qꝛ postq̃ qs semel adeptus est possessionẽ rerũ hereditariarũ dꝛ parũ effectus dñs adeo qꝫ non dicũtur amplius res hereditarie: sed res pp̃rie ipsius heredis. vt est gl. no. in. l. j. §. veteres. ff. de acq. pos. ꝛ ibi no. p Cuma. ꝛ Lud. ro. ꝛ gl. in. l. heres per seruũ. ff. de acqui. here. ꝛ ho. tex. s. qui. ex cau. ma. nõ licet. in fi. principij. sed in peti. here. veniunt solũ res hereditarie nõ aũt res pp̃rie heredis. l. qꝫ si in diem. §. non solum. in fi. ꝛ l. patre a dño. §. si possessor. in fi. ff. de pe. here. ꝛ ideo debet intẽtare rei vendicationẽ ꝛ alia dño cõpetentia sicut vnde vi. l. meminerint. ꝛ. l. si qs in tantã. C. vñ vi. ꝛ ppterea diligẽter aduertat heres qui intentat peti. here. put etiam admonet Ang. hic ne in libello articulis aut i aliqua parte pcessus dicat qꝫ earũ rerũ p quib⁹ intẽtat peti. here. aliquo tpe post mortẽ defuncti cõprehẽderit vel habuerit possessionem: qꝛ tunc peti. here. sibi nõ cõpeteret: ꝛ iudiciũ corrueret. ꝛ istud dicit Ange. de are. esse perpetuo tenendũ menti in practica qđ ante eũ ponit etiã ꝛ se

239 quiť Jo. de pla. hic. ¶ †Accedat gl. illa solẽnissima canonistarũ in. c. j. de confes. in. vj. in glo. mag. ad fi. que singulariter vult qꝫ oĩa remedia adipiscende possessionis quare est remediũ. l. fi. C. de edic. di. adri. tol. nunq̃ cõpetunt heredi vel fideicõ. qui semel adepti sunt possessionẽ: qꝛ postq̃ semel adepti sunt possessionẽ nõ dicunť amplius heredes vel fideicõ. sed dñi. vñ debẽt cõpetere alia remedia ad adipiscendã possessionẽ q̃ ea q̃ cõpetunt heredibus aut fideicõmissarijs: ꝛ in hoc etiam vehementer errať in practica. imo fortius ꝛ singularius ausus est dicere Sali. in. d. l. fi. C. de edic. diui. ꝛ alibi scriptũ nõ inuenietis qđ si heres grauatus de restituẽdo vniuersa bona primo adept⁹ est possessionẽ rerũ hereditariarũ: ꝛ postea restituit hereditatẽ fideicõmissario vniuersali nõ realiter ʒ v̄bo tm̃ qꝫ talis fideicõmissarius non poterit vti beneficio. d. l. fi. C. de edic. diui adri. pro acqui. posses. rerum hereditariarũ que semel adepta fuit p heredẽ motus p suprascripta: qꝛ ex quo heres semel adept⁹ est possessionẽ rerũ hereditariarum: amplius non sunt bona hereditaria vt predixi. ꝛ beneficiũ. d. l. fi. cõpetit p rebus hereditarijs. licet ẽm eũ vnusquisqꝫ diceret cõtrarium ꝛ in veritate si hoc dictũ est verum: esset peregrinum ꝛ mirabile. Sed ego audacter teneo cõtrariũ in hoc vltimo dicto Sali. ꝛ contra Sali. allego gl. in terminis quã ibi approbant Bar. ꝛ alij in. l. ita tñ. §. si ex trebelliano. in v̄bo accusationes. ad fi. iũcto tex. ff. ad trebel. bene faciũt illa magistralia v̄ba Bar. in. l. ij. ff. de fideic. heredi. peti. hñ fateor. ꝛ hoc est qđ decepit Sali. qꝫ ipi heredi amplius nõ cõpeteret: ꝛ ita pcedũt suprascripta. sed qꝫ ipi fideicõmissario cui fuit restituta hereditas verbo tm̃ ꝛ nõ re nõ cõpe

240 tat nihil ex suprascriptis hʒ obstare. ¶ †Aduertite etiã diligẽtissime in pdictis: qꝛ repio Cuma. in. l. si non lex. §. peti. ff. de here. insti. tenere ꝛ referre qđ aľs i facto cõsuluit qꝫ sustentareť libellus si post aditaʒ hereditatẽ quis peteret in libello talẽ rẽ vt hereditariã. nõ dico peti. heredi. sed alia cõpetenti actione.

a qꝛ ẽm eum verba impropriarenť vt libellus sustinereť.[a] ar. l. si olei. C. locati. ꝛ eo᷑ que late dixi in. §. oĩm. in materia libello᷑. s. eo. dicite vt ibi latius p eũ. qđ dictum etiã refert et sequitur

241 Lud. ro. in. l. heres p seruum. ff. de acqui. here. †q̃ hereditas adita etiã appelleť hereditas. allego vobis tex. in. l. fi. §. sinautẽ in secũdo. quẽ ibi exp̃sse no. Bal. ad hoc. C. de bo. que lib. ꝛ qꝫ appellẽtur res hereditarie etiam post aditã hereditatem etiaʒ que fieret ipso iure pondero vobis tex. s. ex qui. cau. ma. nõ licet. in fi. principij. in ver. hereditarias res serui nomine. et hoc etiam diligẽter notate ad practicã ad suprascriptorum confirmationem qꝫ post aditam hereditatem nõ dicantur amplius

b bona hereditaria[b] proprie loquendo: sed dicantur bona propria ipsius heredis. accedant que signanter voluit Cuma. et Ludo. ro. in. d. §. veteres. per gl. no. ibi cum alijs preallegatis

a ¶ Sustineret. Adde eundem Ang. s. i. §. oĩm. nu. lxix. ꝛ i. §. sic itaq;. nu. xxxv.

b ¶ Hereditaria. Adde do. Bart. sozi. in ꝯs. cxlvij. inci. visa facti. v. j. qꝛ ibi nã añq̃. in prima parte. qꝫ hereditas anteq̃ adeať p heredẽ dicunť bona hereditaria: post aditionem v̄o efficiunť vnũ p̃rimoniũ heredis: nec dñr amplius hereditas vel bona hereditaria.

242 vbi volunt† ꝙ stante statuto ꝓut est in florentissima ciuitate
Mediolani ꝙ mulier nupta extra territorium Mediolani nõ
succedat ĩ hereditate patris: ꝙ si aliqua mulier mortuo patre
primo adeat hereditatẽ patris vel se immisceat hereditati pa-
tris posteã maritet̃ extra territoriũ Mediolanẽse ꝙ hec habe
a bit hereditatẽ patris[a] ꝑ suprascripta: q2 postꝙ̃ adita fuit here
ditas ꝑ mulierẽ nõ dicebant̃ amplius bona patris: ſꝫ bona ꝓ-
pria ipsius mulieris circa que statutũ nihil disponit. ⁊ hoc idẽ
in terminis in statuto Mediolanẽsi. de quo. s̃. tenuit Bal. in. l.
matre. C. de suis ⁊ leg. ⁊ ibi dicit de hoc esse tex. no. in. l. fi. ff. vñ
lib. ⁊ sequit̃ Pe. de anc. in repe. c. canonũ statuta. in ver. ſꝫ pone
243 ꝙ ꝑ statutũ. extra de cõsti. ¶ † Itẽ ad ista facit qđ singulr̃ vo-
luit Lud. ro. in. d. l. j. §. veteres. ꝑ glo. ibi ⁊ per suprascripta vbi
dixit se de facto ꝯsuluisse in ciuitate bononie ꝙ stãte statuto ꝙ
filia dotata non possit succedere in aliquibꝰ bonis de heredita
te patris qđ statutũ viget cõiter ꝑ totã italiam. Mortuus fuit
pater relicto filio ⁊ filia dotata: filius adiuit hereditatẽ patris
⁊ postmodũ ea adita decessit. cõsuluit Lud. ro. multum solẽni-
ter ⁊ elegãter ꝙ filia dotata eadẽqꝫ soror: non ob. suprascripto
statuto: poterit succedere huic filio eidẽqꝫ fratri. eo quia adita
hereditate ꝑ filiũ eũdẽqꝫ fratrẽ nõ dr̃ amplius hereditas pr̃is
sed dr̃ ꝓpriũ patrimoniũ filij ꝑ suprascripta. vñ licet filia ꝑ sta
tutũ de quo. s̃. ꝓhibeat̃ succedere patri: nõ tñ ꝓhibet̃ succede-
b re fratri.[b] tñ Lud. ro. dicit se ꝓ nũc nõ decidere q2 q̃stio pende
bat de facto ibi in ciuitate bononie. ſꝫ vide eũdẽ Lud. q ibi de-
cidit in ꝯsi. iiij. incipiente viso ac discusso puncto ⁊ conscribẽti
bus ⁊c. ⁊ est melior tex. de iure insti. de here. insti. in prin. quam
decisionẽ teneatis cordi ꝓ maxima limitatiõe ad suprascriptũ
244 statutũ. † Nũqd aũt peti. here. ⁊ rei ven. possint simul ⁊ semel
in eodẽ libello cumulari ⁊ simul ⁊ semel intẽtari. vide gl. ⁊ bal.
in. l. ij. C. de pe. here. Ang. in. l. qui interrogatus. ff. de pe. here.
Cy. in. l. cogi. C. de peti. heredi. ⁊ videatis oĩno Pau. de cast. in
cõsi. vj. incipiente in dei nomine amen. in causa que vertit̃ corã
locũ tenente ⁊c. ⁊ ibi late examinat hoc an cumulari possint in
eodem libello peti. here. ⁊ rei vẽdi. ⁊ ibi etiã ponit qũo cogno-
245 scatur an vtraqꝫ sit intẽtata. ¶ † An aũt ꝓcederet iste libel-
lus. Cõqueror de petro q possidet hereditatẽ quondã Marti
ni ꝑtinentẽ ad me tãꝙ̃ heredẽ ⁊ dñm: quare peto ipsum substã
tialr̃ cõdẽnari ad restitutionẽ dicte hereditatis. videatis Bal.
in. d. l. ij. C. de peti. here. ¶ Et ꝑ ista remaneat expeditus perfe
ctissime iste solẽnis. §. in solẽnissimo festo Joannis baptiste in
ter maximos calores. M. cccclxxiij. ⁊ dixit hic do. Jason in vo
ce ꝙ Jo. fab. ipse in fi. huius. §. dicit ꝙ isti calores sibi sustule-
rant intellectum. ⁊ Dy. etiã qui ꝑ. xx. antea annos legerat di-
cit ꝙ isti calores sibi sustulerãt intellectum. ⁊ si sciuisset nunꝙ̃
incepisset legere hunc. §.

a ¶ Patris. Et hoc idẽ cõsulnit do. mari. sozi. in ꝯsil. xxx. inci. ꝙ̃uis. ver. ix. qualitas. circa me. ĩ j. pte pro quo vide. d. Alexan. de imo. in consi. clj. in scđa parte.

b ¶ Fratri. Adde Ang. in cõsil. cxxij. inci. ĩ noĩe dñi. testificatio, et eũdẽ. d. Jaso. may. in. l. venia. vj. colũ. vbi pulchre loquit̃. C. đ in ius vo. ⁊ Pe. de ancha. in ꝯsi. cclxxxviij.

Fuerat. Istum. §. ego diuido in quatuor partes prin.
In prima ponit qũo ⁊ quare rei vxorie actio
que olim ꝓ dotibus cõpetebat: hodie transfusa sit in actionem
ex stipulatu. In scđa ꝑ modũ illatiõis ponit qũo ista actio ex
stipulatu surrogat̃ in locũ rei vxorie actionis in effectu bonefi
dei sicut erat illa rei vxorie actio. In tertia ponit aliud priuile
giũ quod habet ista actio ex stipulatu: ſꝫ tacite hipothece. In
quarta ponit aliud priuilegiũ. s. ꝑlationis vt in ea ceteris cre-
ditoribus preferat̃. scđa ibi. merito rei vxorie ⁊c. tertia ibi. ſꝫ et
tacitã ei debemus hypothecã. quarta ibi. p̃ferri aũt alijs credi
toribꝰ. ¶ Iste. §. ꝙ̃uis summatus fuerit cũ p̃cedenti in gñe tñ
in specie hoc dicit. Cũ rei vxorie actio q̃ olim ꝓ dotibꝰ cõpete-
bat esset bonefidei: ⁊ hodie omne ius suũ trãsfusuꝫ sit in actio-
nẽ ex stipulatu: sequit̃ ꝙ actio ex stipulatu ꝓ dote cõpetens est
bonefidei. hoc. j. ⁊ hec actio ex stipulatu est etiã priuilegiata re
spectu tacite hipothece ⁊ respectu ꝑlationis vt ceteris credito
ribꝰ preferat̃. hoc dicit secũdo ⁊ vltimo vsqꝫ ad. §. in bonefidei.
1 ¶ † Pro introductione casus habẽt sibi ad euidentiã p̃mitte
re iuuenes ꝙ antiquitus ꝓ dote repetẽda cõpetebãt due actio
nes: ſcꝫ rei vxorie actio ⁊ actio ex stipulatu. vt inquit gl. in rub.
C. de rei vxo. acti. q̃ actiões habebãt̃ adinuicẽ cõiones ⁊ dr̃ias.
Et q̃ essent ꝓpria vniuscuiusqꝫ actionis ⁊ q̃ cõia declarat̃ in. l.
vnica ꝑ totã. l. C. de rei vxo. ac. vñ imperatori visum fuit vtiliꝰ
has actiões resecare ⁊ ad vnã solã reducere: ⁊ ideo sublata illa
rei vxorie actione cũ esset plenior illa actio ex stipulatu: qcqd
plus iuris fuerat in illa rei vxorie actione in hãc actionẽ ex sti
pulatu trãsfundit ꝓsequendo: vt hic habetis in litera ⁊ in. d. l.
2 vnica. in prin. ⁊ in. §. ſꝫ nõ ignoremus. ¶ † Quare aũt appella
ret̃ rei vxorie actio potius ꝙ̃ rei maritalis actio cũ dos sit ma
riti. iuxta. l. doce ancillã. cũ fi. C. de rei vẽ. tãgit Jo. fa. hic iuxta
prin. ⁊ rñdit ꝙ ideo est q2 ista actio ibat ad repetẽdã dotẽ q̃ est
propriũ p̃rimoniũ mulieris. vt inquit iuriscõsultꝰ in. l. iij. §. ſꝫ
vtrũ. in fi. verbis. ff. de minoribꝰ. Añ ꝑm eũ in his q̃ tãgũt iu-
3 ra nuptiarũ fit denoĩatio a muliere ⁊ nõ a viro. † ⁊ ꝓpterea ꝑm
eũ dr̃ m̃rimoniũ ⁊ nõ patrimoniũ. vos aũt aliter dicite ⁊ meliꝰ
quare sit appellatũ matrimoniũ ⁊ nõ patrimoniũ eã esse rõnẽ
quã ponit papa ad eũ tex. ĩ. c. ex lr̃is. extra de ꝯuer. ĩfide. Pu-
to etiã ꝙ iđ appellata fuerit rei vxorie actio eo ꝙ p̃ncipalr̃ in-
uẽta sit ꝓpter vxores ad repetẽdas eaꝝ dotes: ꝙ̃uis postea ẽt
extẽsa fuerit ad maritos. ⁊ ꝓpterea meruit denoĩationẽ ab eo
ꝓpter qđ p̃ncipalr̃ fuit inuẽta. ad hoc ꝯferũt ea q̃ statim dicã ĩ
scđo p̃ncipali notabili in illo articulo quẽ tãgã. An sicut actio
ex stipulatu q̃ cõpetit vxori est bonefidei: ita etiã sit bonefidei
illa q̃ cõpetit marito. ¶ Notate p̃mo ex h̃ tex. ibi. ꝓ ea introdu
ctũ naturã bonefidei ⁊c. ꝑm Jo. fab. hic in vlti. col. post subtilẽ
Pe. de bel. vnũ ad qđ ꝑm eos iste. §. quotidie consueuit allega
4 ri † ꝙ actio surrogata capit naturã illiꝰ actionis in cuius locũ
surrogat̃. ⁊ ꝯñr ꝙ actio surrogata ĩ locũ alterius assumit sibi
oẽs illas q̃litates illiꝰ actiõis ĩ cuiꝰ locũ surrogat̃. ita ẽt ĩ specie
notat̃ ex tex. q est idẽ. ⁊ hoc Cy. ⁊ Bal. in. l. vnica. C. de rei vxo.
actio. §. j. ſꝫ certe iudicio meo si qs voluerit subtiliꝰ rimari istũ
tex. ⁊ tex. in. d. l. vnica. §. j. poterit saltẽ gr̃a disputatiõis dicere
ꝙ imo isti tex. ꝓbant ꝯtrariũ: q2 si verũ esset ꝙ actio surrogata
assumeret sibi naturã ⁊ oẽs q̃litates illius actionis in cuiꝰ lo-
cũ surrogat̃ certe frustratorium fuisset transferre oẽ ius ⁊ oẽm
naturã cũ multis diuisionibꝰ ⁊c. vt inquit tex. hic. ⁊ latiꝰ ĩ. d. l.
vnica. in p̃n. ⁊ in. §. ſꝫ non ignoramꝰ. q2 satis fuisset sublata rei
vxorie actio. istã actionẽ ex stipulatu eius loco surrogare: si ex
surrogatiõe oẽ ius ⁊ oẽꝫ naturã asseq̃bat̃. nisi dixeritis h̃ factũ
fuisse ad maiorẽ declarationẽ. qđ tñ est mltũ debiliter rñdere.
qcqd sit hec est via brocardica ĩ qua vt etiã inquit Joã. fa. h̃ nõ
5 reperitur fundus. ¶ † De hoc tñ brocardo. An ⁊ qñ surroga-
tũ sapiat naturã eius. in cuiꝰ locũ surrogat̃. si vultis ꝓ rũpẽdo
cerebro videatis Jo. fa. hic in vltima col. post Pe. de bel. ⁊ ple
nissime ꝑ Dy. in. l. ꝙ debitor. ff. de dona. causa mor. latissime ꝑ
Pe. de bel. ⁊ Cy. in. l. si creditori post glo. ibi. ff. de lega. j. ⁊ text.
in. l. si eum. §. qui iniuriarũ. vbi aliqd ꝑ Bar. ff. si quis cau. ⁊ ibi
sisteret ⁊c.Hec actio habet locum aduersus illuꝫ qui malitiose ⁊ astute aliquid machinatꝰ est quominꝰ aduersariꝰ suus sisteret in iudicio propter quod incurreret damnũ quia dãnũ passo datur hec actio ad illud damnũ resarciendũ ⁊ sic ex parte eius qui vsus est malitia est pene persecutoria:ex parte damnũ passi est rei psecutoria.de hac habeṫ in.l.fi. in prin.ff.de eo per quem factũ erit.Et ꝙ differat hec a proxima precedenti actione:vide glo.in.d.rub.de eo per quem fa.erit.⁊ in.§.penales. insti.de act.Adde.Secundo ꝙ sit pretoria:patet in.l.j.in prin.ff.de eo per quem fac.erit.Tertio ꝙ in personã:dic vt.s.Quarto quo ad actoré est rei persecutoria:vt pbatur in.l.j.§.si plures.ff.eo.⁊ in.l.ex hoc edicto.in prin.eo.tit.Quinto datur in simplũ:vt ibidé probatur cum detur ad interesse.Sexto est stricti iuris.Septimo daṫ heredi.vt.l.j.§.fi. eo.tit.In heredes non nisi dicamꝰ quatenꝰ ad eos peruenit ne ex alterius dolo lucrẽtur:⁊ alius damnũ sentiat.iuxta.d.l.ex hoc edicto.§.plane.eo.tit.⁊.d.l.j.§.fi.Octauo non est perpetua sed durat anno.vt.d.l.j. §.fina.⁊c.Nono non infamat.Decimo directa.Undecimo singularis. Duodecimo simplex.Ultimo non cõtraria.

97 **In factũ ex edicto de edẽdo** aduersus nõ edenté.

Hec actio cõpetit aduersus non edenté instrumẽta vel rationes vel similes scripturas quas edere tenebaṫ.iuxta.l.fi.⁊.l.nõ est nouũ.⁊.l.seq. ff.de eden.⁊.l.j.ff.eo.quia si per talem editioné non factam altera pars est damnum passa:resarcitur sibi per hanc actionem.⁊ de hac habetur in.l.si quis ex argentarijs.§.ex hoc edicto.in.l.argẽtarius.§.cum auté. ff.de eden.cum simi.Secũdo ꝙ sit pretoria:probatur in.l.pretor ait.ff. eo.tit.Tertio ꝙ in personam:proba vt in alijs.Quarto respectu actoris est rei psecutoria:respectu rei est pene psecutoria:vt dixi in precedẽti.Quinto in simplũ:vt patet cum ad interesse agatur.Sexto stricti iuris.Septimo datur heredi:vt habeṫ in.l.fi.ff.eo.In heredé non datur nisi ex suo facto.vt.d.l.fi.Octauo est annalis:vt.d.l.fi.vide etiam in.l.si quis ex argẽtarijs.§.penul.⁊.l.quedam.§.nihil.eo.titu.Nono non infamat.Decimo directa.Undecimo singularis.Duodecimo simplex. Ultimo non contraria ⁊c.Adde.

98 **In factũ ex edicto de calũniatoribus.**

Hec actio cõpetit aduersus eum qui calũniã cõmitteret vt non cõmitteret in iudicio vt alius vexareṫ calũnijs ⁊ non accepit pecuniaꝫ tam in causa ciuili q̃ in criminali:quia recipiens dictã pecuniã ab aduersario cum turpiter recepisse dicatur ex quo gratis facere debuisset. iuxta tit.C.de iura.calũ.⁊.l.fi.in prin.ff.de condi.ob tur.cau.vnde talis recipiẽs teneṫ reddere ei a quo recepit infra annum quadruplũ ⁊ post annũ simplũ:vt habeṫ in.l.j.in prin.ff.de calũ.Item si sit datũ ab vno alteri vt cõtra aliũ calũniã faceret non habet qui dedit repetitioné per hanc actioné quia ipse turpiter dedit:sed is qui passus est calũniaꝫ:vt habeṫ in.l.et generaliter.§.fi.ff.eo.tit.⁊ est glo.in.§.quadrupli.in versi. de pecunia.insti.de act.⁊ ibi bonꝰ tex.⁊ nõ solũ qs põt ciuiliter puniri vt pena appliceṫ parti:vt.s.sed etiã posset criminaliter puniri:vt habetur in.l.fi.C.de calũ.Et q̃liter intelligaṫ de quadruplo ⁊ simplo:dicã.j. Et cõpetit non solũ hec actio:sed etiã cõdictio ob tur.cau.de quo vide in.l.heredé.§.sed pretor.ff.eo.tit.q̃tum ad simplũ ⁊ vna per aliã tolliṫ: vt ibi per Bar.Secũdo ꝙ sit p̃toria:patet p̃mo quia venit ex edicto:vt d.l.et generaliter.§.hoc edicto.in.l.si quis ab alio.§.fi.eo.titu.ꝙ edicta sint p̃toria fuit dictũ.s.in edicto si qs ius dicé.nõ obtẽpe.⁊c.Tertio in personã:vt dixi in alijs.Quarto est pene psecutoria infra annũ:vt patet cum deṫ ad quadruplũ:sed post annũ est rei psecutoria cum deṫ ad simplũ.Sed an in quadruplo insit simplũ ⁊ sic rei psecutio:dicas ꝙ sic: lꝫ fuerit opi.qđ disputat glo.in.d.l.in heredé.§.fi.in glo.mag.quã approbat Bar.ff.eo.titu.dic vt ibi.Quinto est in quadruplũ:vt patet aliter ⁊ aliter:⁊ ita in simplũ.Sexto stricti iuris.Septimo in quadruplũ est annalis:sed ad rei persecutioné est ppetua:vt patet ⁊ an ⁊ qñ cedat: vide in.l.annus.eo.tit.Octauo non daṫ heredi nisi ad simplũ.vt.l.hec actio.per verã lec.ff.eo.Nono potest dici ꝙ efficiaṫ infamis.arg.l.iij.§. lege iulia.ff.de test.vbi recipiẽs pecuniã ob testimoniũ dicẽdum ⁊c.ita hic ob negotiũ faciendũ Bar.in.l.j.ff.de calũnia.pro hoc se remittit ad no.in.l.j.ff.de his qui no.infa.⁊ ibi refert Guil.dicenté non bene pbari hoc per.l.⁊ Bar.dicit esse verum ⁊ cum non reperiaṫ conclusio est ꝙ non infamet.arg.l.interp̃tatione.de pe.⁊.l.arrianus.de actio.⁊ obli.⁊c. Decimo ꝙ directa:quia ex verbis ⁊ mente.Undecimo ꝙ singularis. Duodecimo ꝙ simplex.Ultimo non cõtraria.

99 **In factũ subsidiaria actionis de dolo ⁊c.**

Hec actio locum habet quãdo quis aduersus alium dolũ commisit ⁊ eum decepit quo casu infra bienniũ ꝯtinuũ:vt.s.dixi.est prodita actio de dolo cum solo biẽnio duret:vt fuit dictũ in actione de dolo: quia postq̃ illa expirauit cum nõ sit equũ ꝙ quis fiat locupletior cum alteriꝰ iactura:igiṫ loco illius datur hec actio in factũ cõtra illũ qui dolum cõmisit que est subsidiaria actionis de dolo.⁊ de hac est tex.in.l.j.§. itaq̃.ff.de dolo.facit tex.in.l.non licet.in fi.ff.eo.tit.⁊ habeṫ in.l.sabinꝰ. eo.titu.Et differt ab actione de dolo:vt.s.quia illa daṫ biẽnio hec perpetuo:vt in iuribꝰ preallꝰ.Item illa est famosa:vt.d.l.nõ debet.hec nõ. In alijs fundamẽtis dicẽdũ est vt fuit dictũ in actione de dolo cuꝫ post biẽniũ loco eius detur ⁊ subrogatũ soleat sapere naturã eiꝰ in cuiꝰ locum subrogaṫ.iuxta.l.si eum.§.qui iniuriarũ.ff.si quis cau.⁊.l.si id qđ. de dona.⁊c.Adde.Et adde ꝙ sanctꝰ Blasiꝰ hic addit vnã actioné que non reperiṫ in circulo aliquo arboris:videlꝫ actio in factũ loco actionis de dolo in pluribus casibus:de quibꝰ in.d.l.non debet.⁊.l.seq.ff.de dolo.quia ob reuerentiã ⁊ dignitaté personarũ:vt ibidem ⁊c.Uide igitur de hac in.d.l.non debet.⁊.l.seq.Et pro libello qualiter concipiatur et de omnibus ⁊c.

100 **In factũ que datur propter alienationem** iudicij mutandi causa facta.

Hec actio habet locum contra eum qui dum timeret ꝯueniri super aliqua re in iudicio ab alio vt daret illi potentioré vel durioré aduersariũ illam rem illi potentiori alienauit:quia isto casu contra eum est prodita hec actio in factum quanti interest istius non fuisse alteri rem illam alienatã ⁊ datũ sibi alium aduersarium.Et de hac est tex.in.l.j.ff.de aliena.iudi.mutã.cau.fac.Et vt

dicit sanctus

dicit sanctus Blasius hic:⁊ bene:habet locũ hec actio quãdo sit alienatio ante litem motã:secus si post:quia tunc habet locum tit. de litig. vt habetur in toto tit. ff. ⁊ C. de litig. Secũdo ꝙ sit ꝑtoria:patet in. d. l. j. in prin. ibi:proconsul. ff. de alie. iud. quia exponit̃ ꝓconsul. i. pretor. vt ibi. et. l. j. i. respõso. ff. quod cum eo. Tertio ꝙ in personã:patet ex ꝑdictis. Quarto est rei ꝑsecutoria:cum detur ad interesse:vt. d. l. j. ⁊. d. l. non solum. §. fi. ⁊. l. quia pertinet. de aliena. iudi. Quinto est in simplũ:vt iuribus proxime all'. Sexto est stricti iuris:vt patet in. d. §. actionũ. Septimo est annalis:⁊ non perpetua:vt. l. vel potest. ff. eo. titu. Octauo datur heredi:cum rei ꝑsecutionẽ cõtineat. in heredẽ v̊o nõ datur:vel similes:cum videat̃ ex delicto dari. de hoc est tex. in. d. l. non solum. §. fi. ⁊. l. quia pertinet. eo. tit. Nono non infamat:per fundamẽtũ de quo. s̃. Decimo est directa:cum ex verbis ⁊ mẽte veniat. bene verum est ꝙ quãdoq̃ est vtilis:vt in casu. l. nam et si. §. si tutor. ff. eodem. Undecimo singularis. Duodecimo simplex ⁊c.

101 In factum in simplũ aduersus nautas caupones stabularios.

Primo hec actio habet locum aduersus nautas vel caupones vel stabularios quando aliquid receperunt vt esset in tuto ⁊ saluo:quia nisi restituuntur agitur cõtra eos hac actione:de qua est tex. l. j. in prin. ff. nau. caup. stabu. ⁊ de hac ⁊ sequẽti nullã facit mentionẽ sanctꝰ Blasius hic in cellulis suis:sed ipsas posuit post actionẽ furti aduersus nau. cau. stabu. et ibi dixi me dicturũ hic de istis duobꝰ. Et non solum tenet̃ nauta caupo vel stabulariꝰ quãdo ipsimet receperũt res in naui caup. vel stabu. singula singulis referẽdo:sed etiã si dicte res fuerũt immisse ipsis scientibus ⁊ patiẽtibꝰ a vectoribꝰ vel similibꝰ. vt est tex. in. d. l. j. §. fi. ff. eo. tit. Et in quo differat a sequẽti dicet̃ in ea ⁊c. Secũdo ꝙ sit ꝑtoria:est tex. in d. l. j. in prin. ff. eo. Tertio ꝙ in personã:proba vt in alijs. s̃. dixi. Quarto ꝙ sit rei ꝑsecutoria:patet in. d. l. j. in pri. ⁊. §. fi. ⁊. l. et ita. §. hec autem. eo. tit. Quinto ꝙ in simplũ:probat̃ in iuribꝰ preall'. Sexto ꝙ stricti iuris:patet. Septimo est perpetua:cũ rei ꝑsecutionẽ ꝯtineat etiã:vt dixi. et est tex. in. d. l. et ita. §. hec aũt actio. ff. eo. Octauo datur heredibꝰ:cum sit ꝑsecutoria:vt. d. l. in honorarijs. de act. ⁊ obli. et etiam quia in heredes datur:vt est tex. in. d. l. et ita. §. hec autẽ actio. ff. eo. Nec obst. tex. in l. fi. §. hec iudicia. versi. in heredẽ. quia ibi loquit̃ tex. de ea que datur in duplũ. de quo. j̃. proxima dicet̃. de quo vide glo. ibi in ver. hec iudicia. Nono non infamat. Decimo est directa:lʒ reperiat̃ vtilis:vt habet̃ in l. licet. §. j. versi. non putat. ff. eo. Undecimo est singularis. Duodecimo est simplex ⁊c. Ultimo non cõtraria.

102 In factum in duplum aduersus nautas caupones stabu.

Primo hec habet locũ cõtra dominũ nauis:caupone:vel stabuli:pro dãno dato in rebꝰ persone hospitate ⁊c. qualitercũq̃ per famulos domini:⁊ in hoc differũt iste actiones quia illa que dicit̃ furti aduersus nautas ꝓcedit quãdo dicte res hospitũ sunt furate per famulũ dñi quocũq̃ modo in factũ in simplũ:de quo. s̃. proxi. ꝓcedit quãdo est datum damnũ per viatores. ista de qua nunc loquimur ꝓcedit quãdo damnũ est datũ per famulũ domini qualitercũq̃. Et dicit descendere ex quasi delicto cum domini tales vtãtur opera maloꝝ hominũ. ⁊ de hoc est tex. no. in. §. itẽ exercitor nauis. insti. de obli. que ex quasi deli. nascũ. ⁊ in. l. fi. §. hoc aũt. ff. nau. caupo. Secũdo ꝙ sit pretoria:patet in. d. l. fi. §. hec autẽ iudicia. dum dicit ꝙ sit honoraria:⁊ per ꝯsequẽs ꝑtoria:iuxta. §. pretor quoq̃. insti. de iu. natu. ⁊c. Tertio ꝙ in personã:patet vt. s̃. Quarto rei ⁊ pene persecutoria:vt. d. l. fi. §. hec actio. Quinto in duplũ:est vt eo. tex. Sexto ꝙ stricti iuris:patet. Septimo põt dici ꝙ perpetua:per tex. in. d. l. fi. §. hec iudicia. ⁊ patet cum detur heredi:vt dicã. Octauo datur heredibus non in heredes:per tex. in. §. fi. insti. de obli. que ex deli. nasc. Nono non infamat. Decimo ꝙ directa. Undecimo ꝙ singularis. Duodecimo ꝙ simplex. Ultimo non cõtraria.

103 In factum de deiectis et effusis.

Hec actio habet locum contra habitatorẽ alicuius domus ex qua fuit aliquid deiectũ vel effusum in personã alicuius:⁊ si damnũ datũ est vel in corpore vel in vestimẽtis ⁊ similibꝰ:quia per hanc actionẽ dominus talis domus condẽnatur in duplũ dicto damnũ passo:dico scilʒ de eo qui inhabitat qui posset esse non dominus:vt. d. l. j. §. hoc in factũ. dic vt ibi de quo habetur in. l. j. ⁊ per totum. ff. de his qui deiece. vel effu. et in. §. de eo vero. insti. de obli. que ex quasi deli. nascun. Et eodem modo procedit in casu quando per illud quod deiectũ est seruus alicuius est occisus:si autem occideret̃ homo liber tunc pena est. l. duca. ⁊ hoc quia homo liber non recipit estimationẽ:iuxta. l. liber homo. ff. ad le. aqui. l. statuliber. §. illud. ff. de statulibe. de hoc est tex. in. d. l. j. §. j. ⁊ institu. de obli. que ex quasi deli. §. ob hominẽ. ⁊. §. sed cum liber homo. Quando vero homo liber per hoc esset vulneratꝰ tũc datur ad interesse expẽsis cõputatis ⁊ medelarũ ⁊ medicorũ ⁊c. De quo in. d. §. ob hominẽ. ⁊ habetur etiam in. l. fi. ff. de his qui deiece. ⁊ dato casu ꝙ seruus alterius aliquid deiecerit vel effuderit tunc si ignorante dño factũ fuit potest dñs vel seruum dare pro noxa vel estimationẽ damni soluere:vt habet̃ in d. l. j. §. si seruus. Et per hoc innuitur ꝙ si dño sciente id fecisset qd dñs teneatur insolidũ ⁊c. Et hoc edictũ fuit propositũ:quia interest rei persecutio vt ea loca per que vulgo iter fit sint secura ⁊ sine metu ⁊ periculo:nec refert an sit locus publicus:⁊ sic strata publica vel priuata dummodo vulgo per eam iter fiat. vt. d. l. j. §. summa. Et si aliqua via sit per quam iter non fiebat vulgo tunc ex deiecto quis non tenetur:vt eo. §. versi. ceterum. Et ſm Bar. in. d. l. j. per hoc fuit decisa questio inter Florentinos ⁊ Ubaldinos ꝙ ꝓmittentes tenere stratam securã non teneantur si quis fuit derobatus in strata per quam vulgo iter non fiebat ⁊c. Et quod hec dicatur in factum est tex. in. d. l. j. §. hoc in factum. eo. titu. Adde quod procederet etiam si de naui esset deiectum aliquid:quia datur vtilis actio in eum qui naui est prepositus. vt. l. penul. §. si de naui. ff. de his qui deiece. vel effu. Secundo ꝙ sit pretoria:est tex. in. d. l. j. in prin. Tertio ꝙ in personã:patet vt in alijs. Quarto potest considerari ꝙ possit esse mista:respectu quia rem in qua damnum datum est persequimur ⁊ penam. Et etiam potest dici ꝙ tantum sit pene persecutoria cum homo liber interficitur:vt iuribus preall'. in primo termino. ⁊. d. l. fi. Quinto datur in duplum:vt. s̃. dixi quod ꝓcedit aliter ⁊ aliter per alios casus:quia in casu quando homo liber hoc non cadit ⁊ in hoc duplo inest rei persecutio:quia in dubio pene sunt molliende ⁊c. arg. l. interꝑtatione. de pe. vide ad hoc. Sexto est stricti iuris. Septimo est perpetua:vt est tex. in. l. si vero. §. hec autem. ff. de his qui deie. quod intellige vt statim dicam. Octauo datur heredibus:vt eo. §. in heredes v̊o non datur:vt ibidem. ⁊ aduerte quia hoc ꝓcedit in casu quando est aliquid deiectũ vel effusum per quod est datũ damnũ homini libero:puta quia occisus tũc hec actio non est perpetua:nec datur heredibꝰ:nec in heredes. sed est popularis actio ⁊ annalis. et potissime dat̃ ei qui est ipsi mortuo affinitate vel cognatione coniũctus. In casu autem quãdo non fuit interfectꝰ homo liber:sed ei damnũ datũ est:tunc ipsi volẽti agere datur perpetuo alijs autem volentibꝰ agere durat anno. ⁊ ita intelligas terminos. ⁊ de hoc est tex. clarus in. d. l. si vero. §. que autem. vsq̃ ad. §. pretor ait. ff. eo. titu. ⁊c. Nono non infamat. Decimo directa. Undecimo singularis. Duodecimo simplex. Ultimo non ꝯtraria.

104 In factum que datur inhabitanti aduersus deiectorem.

Hec actio habet locum in casu quo ex domo alicuius est aliquid deiectũ non per dominũ domus ibi inhabitantẽ vel cõductorem ⁊c. sed per alium qui sit etiam in domo nõ seruum:quia cum cõueniatur dominus ab eo qui damnũ est passus equum est vt ipse habeat regressum contra eum qui deiecit ex eius cenaculo. puta ꝙ esset hospes vel aliꝰ. ⁊ de hac lege tex. in. l. si v̊o plures. §. cum autem. ⁊ ibi vide. ff. de his qui deie. vel effu. Et in alijs fundamẽtis dicas vt in superiori cum eius exemplo sit inuenta ſm glos. in. d. §. cum autem. ⁊ intantum iste teneatur inquãtum dominus. Et dato casu ꝙ dominus inhabitet ⁊ locet alij:⁊ ille conductor deijciat tenetur etiam dominus damnũ passo:⁊ ipse habet regressum contra talem conductorẽ qui deiecit non solum per hanc actionem sed etiam ex actione locati. ⁊ ita in hoc casu intelligo tex. in. d. §. cum autẽ. versi. plane. ⁊ hoc modo potest concordari ille versi. plane. cum. §. hec in factum. ⁊. l. j. eo. titu. vbi dicitur ꝙ non datur in dominuʒ edium actio. sed in eum qui inhabitat cum offenderet eum in. d. §. cum autem. versi. plane. presupponat̃ pro firmo ꝙ detur in dominum edium. ⁊ ipse contra deiectorẽ habet regressuʒ ex hac actione ⁊ ex actione locati:quia intelligo ꝙ dñs inhabitabat non solum quando alteri qui deiecit domũ non locasset:sed etiam inhabitabat dñs quãdo locauit eidem deiectori. ⁊ ita ego intelligo illos duos tex. qui vident̃ multum cõtrarij prima facie lʒ nullus opponat. Cogitabis ⁊c.

105 In factum que datur pro eo quod ita positũ est vt si caderet dãnum daret ⁊c.

Hec actio ꝓcedit in casu quãdo quis in domo vel quouis edificio in subgrũda:puta vel protecto vel ad fenestrã:⁊ in similibꝰ locis vult habere aliquid appensum qd si caderet posset nocere transeũtibꝰ quia caderet in stratam publicã:vel per aliũ locum quo vulgo iter fit:quia per hanc actionẽ per quẽlibet de populo potest cõueniri vt illud remoueat ⁊ puniat̃ in penam. x. duca. De hac est tex. in. l. si v̊o plures. §. pretor ait. et. l. j. ff. de his qui deiece. vel effuse. ⁊ in. §. cui similis. insti. de obli. que ex quasi deli. Et ꝓcedit siue dominus inhabitet vel nõ. Et idẽ in alijs inquilinis ⁊ similibꝰ dũmodo habeant appẽsum ad locuʒ quo vulgo iter fit. vt. d. l. si vero. §. ait pretor. eo. tit. Et idem esset si esset locꝰ in quo homines starẽt ad sedendũ ad solem:quia ibi essent sedilia vel similis locus in quo ꝯsisteretur. vt est tex. in. d. l. si vero. §. ait ꝑtor. in fi. et. l. j. in prin. eo. tit. ibi dum dicit:vel in quo ꝯsisteret̃. Secũdo ꝙ sit pretoria:est tex. in. d. §. pretor ait. Tertio ꝙ in personã:vt in alijs. Quarto est pene ꝑsecutoria:quia datur in. x. duca. vt iuribꝰ preall'. in primo termino. Quinto potest dici in simplũ:cuʒ detur ad sola decẽ:vt. s̃. Sexto est stricti iuris:vt patet. Septimo nõ est perpetua sed materialis cum sit popularis:vt dixi iuxta. l. fi. de pop. act. ꝙ sit popularis:est tex. in. d. l. si v̊o plures. §. fi. de his qui deie. vel effu. Octauo datur heredibꝰ:vt eo. §. fi. proxi. all'. quod intellige vt detur non vt heredibꝰ:lʒ vt cuilibet de populo:per tex. in. d. l. si vero. §. que autem. ⁊. d. l. fi. ⁊ dicit glos. in. d. l. si vero. §. fina. In heredes non datur cum sit penalis:vt. d. §. finali. ⁊c. Nono non infamat. Decimo est directa:quia ex verbis ⁊ mente:lʒ quãdoq̃ vtilis reperiatur ad responsum huius:vt in casu. d. l. si vero. §. si idem quod. ff. eo. tit. Undecimo singularis. Duodecimo simplex. Ultimo non est contraria.

106 **In factum aduersus** mensorē qui falsum modum dixerit. Hec actio habet locum aduersus mensorē agrorū vel aliarū rerum: frumenti vel cuiuscūq; rei: vt in mensurādo edificia vel itinera: aream: tigna vel lapides: ⁊ etiam in cōputatione rationū: ⁊ similiū: quia si eius dolo id factum est vt alter: puta emptor vel vēditor plus vel minus solueret: ⁊ sic ei cuius interest falsum modū renūtiatū non est datur hec actio in factum ad interesse. vide in. l. j. ⁊ per totum. ff. si men. fal. mo. dixe. ⁊ circa que habeat locū: vide in. l. si mensor. §. si. cum duobꝰ seq. eo. titu. ⁊ tenet de dolo ⁊ lata culpa: etiam quia recepit mercedē: vt. d. l. j. §. hec actio. et §. sed ⁊ si mercedem. ⁊ tene menti: quia ex receptione mercedis quilibet prima facie diceret ꝙ dari debet actio locati. quod reprobat in. d. l. j. in prin. versi. sed magis operā ⁊ seq. quod ſm Bar. ibi facit ad aduocatū et clientulū: medicū ⁊ infirmū: doctorē ⁊ scholarē: ꝙ inter eos non dicatur locatio: sed potius pberi opera beneficij causa. quod dic vt. ibi ⁊c. Et est aduertendū: ꝙ ita demū datur in mēsorem ipsi vēditori vel emptori hec actio quando plus dederūt alter alteri: si alter alteri soluēdo non sit cum illud qđ plus datum est condici possit: vide tex. in. l. si duobus. §. cōpetit. eo. titu. dic vt habet ibi ⁊c. Secūdo ꝙ sit pretoria. est tex. in. d. l. j. in prin. Tertio ꝙ sit in personā. patet vt in alijs. Quarto ꝙ rei persecutoria. patet cum detur ad interesse: vt. d. l. si duobꝰ. §. competit. Quinto ꝙ sit in simplū. patet cum detur ad solum interesse. d. §. competit. ⁊. l. si mensor. §. si cum falsus. eo. tit. Sexto ꝙ sit stricti iuris. patet in. d. §. actionū. Septimo ꝙ sit perpetua. est tex. in. l. hec actio. ff. eo. si men. fal. mo. dixe. Octauo ꝙ detur heredibꝰ. est tex. in. d. l. si duobus. §. hanc actionem. eo. titu. in heredes vō non datur: vt eo. §. versi. sed in heredem. Nono ꝙ non infamet. Decimo ꝙ directa. Undecimo ꝙ singularis. Duodecimo ꝙ simplex. Ultimo ꝙ non cōtraria ⁊c.

107 **In factum aduersus** eum qui intulit mortuū in locum alienū purū et ideo non religiosum. Primo est sciendū circa hāc actionē vt refert sanctus Blasius hic: ⁊ bene: ꝙ antiquitꝰ de iure veteri non poterāt cadauera sepeliri in ciuitatibꝰ oppidis aut vicis: ⁊ forte fiebat ne aer ex fetore cadauerū corrūperetur: ⁊ cōtra faciētes puniebant in. xl. ducatos. prout de hoc est tex. in. l. iij. §. diuus adrianꝰ. ff. de sepul. vio. Et per hoc erat necesse ꝙ sepelirent in agris ⁊ predijs. Uerū quia multoties quis sepeliebat in fundū alteriꝰ qui erat purus. ideo cōtra talem sepeliētem prodita fuit hec actio: vt aut absolueret estimationē fundi: aut cadauer tolleret. vt habet in. l. si is qui. in prin. vbi tex. clarus. ⁊ in. l. ij. §. j. ff. de reli. ⁊ sump. fune. ⁊ cum hodierno tēpore hoc non seruet d⁊ raro posset cōtingere: sed interest nostra nō ignorare antiqtates. arg. insti. de testi. in prin. cū simi. Secūdo ꝙ sit ptoria. est tex. in. l. ij. §. pretor ait. ff. de reli. et sump. fune. Tertio ꝙ in personā. dic vt. s. in alijs. Quarto rei persecutoria. patet. Quinto ꝙ detur in simplū. patet cum detur ad. xl. ducatos. d. l. is qui. in prin. sed in eo qđ dixi ꝙ sit rei psecutoria: videtur obstare tex. in. l. ij. §. pretor ait. eo. titu. dum dicit pene pecuniarie subijcit. vnde debes intelligere ꝙ ibi loquit de actione illa de qua in titu. ff. de sepul. viola. ⁊ ita videt glo. in. d. §. pretor ait. in ver. actione. Sexto ꝙ sit stricti iuris. patet. Septimo ꝙ est perpetua. vt. d. l. is qui. in prin. Octauo datur heredibꝰ. vt ea. l. in prin. Et eodē modo in heredes cōpetit. vt ibi est tex. clarus. Nono non infamat. Decimo est directa. lȝ qñq; sit vtilis: vt in casu. d. l. is qui. §. j. ⁊ ibi vide. Undecimo singularis. Duodecimo simplex. Ultimo non cōtraria.

108 **In factum funeraria** ad repetendū sumptū in funere factum. Hec actio datur ei qui fecit sumptꝰ vtiles in funere alicuius mortui qui sumptꝰ spectabat ad alium: quia ad ipsos petēdos habet hanc actionē. de hac habetur in. l. si quis. §. actio. ff. de reli. ⁊ sumpti. fune. ⁊ ista impēsa funeris pfertur omnibꝰ creditoribꝰ. vt habet in. l. impensa. eo. titu. ⁊ de hac etiam habet in. l. si quis sepulchrū. §. pretor ait. ff. eo. in. l. si filius. §. qui seruū. Secūdo ꝙ sit pretoria. est tex. in. d. §. si quis sepulchrū. Tertio in personam. vt. s. Quarto rei psecutoria. vt. d. §. si quis sepulchrū. ⁊. d. §. hec actio. Quinto ꝙ in simplum. patet in proxi. all. Sexto stricti iuris. vt patet. Septimo est perpetua. vt. d. l. si filius. §. fi. Octauo non datur heredibꝰ. vt. d. §. fi. ⁊ eodem modo in heredes: vt ibidē. Nono non infamat. Decimo directa: lȝ reperiat vtilis quandoq;: vt in casu. l. si possessor. in prin. ⁊. l. fi. §. fi. ff. eo. tit. ⁊. l. at si quis dum. Undecimo singularis. Duodecimo simplex. Ultimo non cōtraria.

109 **In factū si locus sacer** vel religiosus pro puro venierit. Hec actio cōpetit vēditori qui habēs ius sepeliēdi in aliquo fundo: fundū pro puro vēdidit emptori: quia si phiberetur ab emptore referre habet hanc actionē ipse ⁊ eodem modo si emptor ꝯstruxisset aliquod edificium. Et eodem modo ipse vēditor habet hanc actionē aduersus aliū extraneū inferentē: vt aut tollat aut prestet ei interesse. ⁊ de hac est tex. in. l. ossa. §. si locus. ⁊ ibi vide tex. glos. in ver. pertinet. ff. de reli. ⁊ sump. fune. ⁊ habetur in. l. liberū. eo. titu. Secūdo ꝙ sit pretoria. est tex. in. d. §. si locus. Tertio ꝙ in personā. patet. Quarto ꝙ rei psecutoria. patet in. d. l. liberum. Quinto ꝙ in simplū. patet ibidē cum detur ad interesse quāti interfuit: phibitū vō non ⁊c. Sexto ꝙ stricti iuris. Septimo ꝙ sit perpetua. patet in. d. l. liberū. Octauo ꝙ detur heredibꝰ ⁊ in heredes. patet in d. l. liberū. arg. l. si filius. §. fi. eo. tit. Nono nō infamat. Decimo directa. Undecimo singularis. Duodecimo simplex. Ultimo non cōtraria.

110 **In factum de iureiurādo** quādo informiter iurat. Hec actio cōpetit in casu: puta quia ego dico te debitorē meum in centū informiter: idest simpliciter nō exprimēdo ex qua causa tu negas debere. tamen postea defers mihi iuramētum an debeas: ⁊ ego iuro ꝙ debes: hoc casu oritur ex hoc iuramēto actio in factū. de qua habet in. l. actori. C. de re. credi. ⁊ iureiurā. ⁊ est tex. in. d. §. item si quis postulāte. ff. de act. Si vō esset formiter iuratū tunc oritur actio que appellat iuratoria. de qua. s. dixi in suo loco: de qua vide glos. in. d. l. actori. et vide late in. l. si duo. §. si quis. ff. de iureiurā. Secūdo ꝙ sit pretoria. in. d. §. item postulante. ibi: iustissime accōmodat ꝯtinuando a. §. precedēti. vbi loquit de pretorijs ⁊c. Tertio ꝙ in personā. patet. Quarto est rei psecutoria: cum prosequit quod iuratū est. Quinto in simplū. eodē modo vide etiam in l. nam postea. §. j. ⁊. §. fi. ff. de iureiurā. Sexto ꝙ stricti iuris. patet. Septimo ꝙ sit perpetua. potest pbari ex eo qđ est psecutoria: per. l. in honorarijs. de act. ⁊ obli. Octauo ꝙ detur heredibꝰ ⁊ in heredes. eodem modo per. d. l. in honorarijs. Nono ꝙ nō infamet. patet. Decimo ꝙ directa. Undecimo singularis. lȝ aliquo respectu posset dici vniuersalis si sit super hereditate iuratū: iuxta. l. sed ⁊ si possessori. §. fi. de iureiurā. Duodecimo simplex. Ultimo non cōtraria ⁊c.

111 **In factum si mulier** vētris nomine in possessionem per calūniam missa dicatur. Hec actio cōpetit aduersus mulierē que post mortē mariti dixit se esse pregnantē. ⁊ sic petit se immitti in possessionē bonoꝝ mariti tāq; illa bona sint deuētura posthumo nascituro: que tamē mulier nō erat pregnās in veritate: vel si erat non erat ex marito predefuncto: ⁊ id per calūniam psecuta est. vnde verus heres cōtra ipsam habet actionē ad omne suū interesse ⁊c. de qua habet in. l. j. ff. si mulier ven. no. Secundo ꝙ sit ptoria. est tex. in. d. l. j. §. hanc autē. Tertio in personā. vt. s. Quarto est pene psecutoria. vt. d. §. hāc autem. Et hoc respectu mulieris non vere heredis. Quinto in simplū. vt patet cū detur ad interesse. Sexto stricti iuris. vt patet. Septimo annalis est. d. §. hāc autē. Octauo datur heredibꝰ. vt. d. l. j. §. sub pretextu. in heredē non: cum sit penalis ⁊ annalis. l. in honorarijs. Nono nō infamat. Decimo directa. Undecimo singularis. Duodecimo simplex. Ultimo non cōtraria.

112 **In factum si mulier** que missa erat in possessionem vētris nomine per calumniā bonoꝝ possessionē in alium trāstulerit vel qui ipsam habet in potestate. Hec actio habet locū contra mulierē: vel eum qui eam habet in potestate: in casu quo mulier: vt. s. est dictū: missa fuit in bonoꝝ possessionē vētris nomine per calūniā: ⁊ postea illam possessionē in alium dolo malo trāstulit: quia cum ille alius bona fide emit potuit consumpsisse fructus ad quos non potest ꝯueniri. Item potuit esse non soluēdo: quia ꝯsumpsit hereditatē ⁊c. vnde quia vero heredi ꝯtra illum non potest succurri: succurrit contra mulierē vel eum qui eam habet in potestate ad eius interesse. ⁊ de hac loquit. l. j. ff. si ven. no. mu. in pos. mis. ea posses. dolo malo ad aliū transla. esse dica. ⁊c. Secūdo ꝙ sit pretoria. est tex. in. d. l. j. in prin. Tertio ꝙ in psonā. dic vt. s. Quarto ꝙ rei persecutoria. est tex. in. d. l. j. §. fi. Quinto est in simplū. vt ibidē. Sexto est stricti iuris. Septimo est perpetua. vt. d. l. j. §. fi. Octauo datur heredibꝰ: cum sit psecutoria: per. d. l. in honorarijs. in heredes non datur nisi inquātum ad eos puenit. argu. d. l. j. §. fi. in fi. ⁊. C. ex deli. defun. l. j. Nono ꝙ non infamet. Decimo ꝙ directa. Undecimo ꝙ singularis. Duodecimo ꝙ simplex. Ultimo non cōtraria. vt dixi in alijs.

113 **In factum que datur** aduersus tutorē vel curatorē falsis ꝯhentibus cum eo bona fide si se tutorē vel curatorē iactauerit. Hec actio cōpetit aduersus eum qui falso se asserit tutorē vel curatorē: ⁊ sic cōtrahit cum aliquo nomine pupilli vel minoris ⁊ dictum ꝯhentem decipit quādo minor vel pupillus possunt facta per eum reuocare vnde ipsis ꝯhentibus ad eorum interesse est prodita hec actio contra dictū tutorē vel curatorē: de quo est tex. in. l. j. ⁊ in. l. nouissime. ff. quod fal. tuto. auto. Secundo ꝙ sit ptoria: est tex. in. d. l. nouissime. Tertio ꝙ in personā. vt. s. Quarto respectu rei est pene psecutoria: secꝰ est respectu actoris: vt est tex. cum glo. in. d. l. nouissime. Quinto est in simplū. vt ibidē. Sexto stricti iuris. Septimo est annalis. vt. l. huiꝰ actionis. §. has actiones. ff. eo. Octauo datur heredibꝰ: vt. d. §. has actiones. in heredes non: vt ibidē. Nono non infamat. Decimo directa. Undecimo singularis. Duodecimo simplex. Ultimo non cōtraria ⁊c. vt in alijs.

114 **In factum que datur** ipsi minori ob hoc damnum passo. Hec actio habet locū aduersus tutorē vel curatorē quin cum ipsi gesserint se pro tutore vel curatore vbi vere non erāt: ⁊ cum aliquo ꝯtraxerūt vbi precedēs actio puidet ꝯtrahētibus cum ipsis hec puidet minori vel adulto ad interesse: quod est passus ex tali ꝯtractu celebrato per quem adolescens sit deceptꝰ ⁊ dānificatus. ⁊ de hac est tex. in. l. fi. ff. quod fal. tuto. auto. Et in alijs fundamētis omnia que in precedēti dicta sunt: hic repetas hoc excepto ꝙ hec est vtilis: quia non ex verbis edicti proficiscitur: vt habetur in. d. l. fi. ⁊c. Addi. Bar.

115 **In factum aduersus** eum qui dolū malū adhibuit vt alius autoraretur inscius. Hec actio cōpetit aduersus eum qui per dolū fuit causa aliqs autoraret minori inscius vt tutor vel curator vbi vere non erat vnde pro interesse eius qui autorat⁹ fuit ⁊ passus est dānum datur sibi hec actio cōtra illū vt dixi dolose persuadētē. Et sic ista tria remedia videntur concurrere in eodē casu lȝ diuersimode. Primū dare aduersus gerētes se pro tutorib⁹ vel curatorib⁹ vbi nō erāt. Secūdū ipsi minori aduersus eosdē. Tertiū ipsis gerētib⁹ se pro tutorib⁹ vel curatorib⁹ ⁊ sic autorātib⁹ ducti dolosis ꝑsuasionib⁹. de hoc vltimo est tex. in. l. hui⁹ actionis. ff. qđ fal. tuto. auto. ⁊ vide glo. in. l. j. in glo. mag. eo. tit. In omnib⁹ alijs fundamētis dicas vt. s. in duab⁹ ꝓcedētib⁹. Bene verū est ꝙ ista est vtilis cū ad exēplū detur fm glo. in. d. l. hui⁹ actiōis. in ꝓn. ⁊ ibi vide ⁊c.

116 **In factum ex edicto** si quis omissa causa testamēti. Hec actio habet locum aduersus heredes institutores qui vidētes facta esse plura legata in testamēto que nollēt soluere noluerūt adire ex testamēto hereditatem: sed ab intestato hereditatē cōsequi eo quia erāt filij vel alij agnati proximiores. vel etiā quia habuerūt pecunias ab alio qui heres erat legitimus ⁊ ꝓximior vel a substituto: quia omnib⁹ istis casib⁹ ipsis legatarijs ⁊ similib⁹ ad ꝯsequenda legata est ꝓdita hec actio. de hac est tex. in. l. j. in prin. ⁊ quasi per totū. ff. si quis omis. cau. testa. vide glo. in rub. eo. tit. ⁊ in. l. iij. vide Bar. in rub. ff. eo. ⁊ in materia theoricā cōmunē in l. fi. eo. tit. Secūdo ꝙ sit pretoria. patet in. l. j. in prin. eo. tit. lȝ vt antiqui dicebāt videtur ciuilis: idest vtilis actio ex testamēto. Et ꝙ vtilis dicatur est tex. in. l. si quis pecunias. in prin. ⁊ in. l. si non solū. in prin. eo. tit. sed per hoc non sequitur appellatur vtilis: ergo non est pretoria. vt patet. s. in multis. Tertio est in personā. vt in alijs. Quarto est rei ꝑsecutoria: cuȝ prosequatur legata relicta. vt dixi. ⁊ ꝯtineat rei ꝑsecutionē: est tex. in. l. de libertatib⁹. §. heredē. eo. tit. Quinto ꝙ in simplū: patet cum solū rei persecutionē cōtineat. Sexto est stricti iuris: vt. d. §. actionū. Septimo est ꝑpetua. vt. d. l. de libertatib⁹. §. heredē. Et ex alio patet quia rei ꝑsecutoria. iuxta. l. in honorarijs. de act. ⁊ obli. Octauo datur heredib⁹: ex eo ꝙ est ꝑsecutoria. d. l. in honorarijs. imo ⁊ in heredes. d. l. de libertatibus. §. heredē. de eo saltē qđ ad eos puenit. Nono nō infamat. Decimo non est directa: sed vtilis: vt. s. in all. iurib⁹ in septimo termino. Undecimo est singularis: cū detur ad singularia legata vel fideicōmissa: lȝ etiā possit esse vniuersalis. iuxta tex. in. l. si seruū. §. institut⁹. ff. eo. tit. si quis omis. cau. test. Duodecimo ꝙ simplex. patet. Ultimo nō est ꝯria ⁊c.

117 **In factum aduersus publicanū.** Hec actio datur aduersus publicanos. i. exactores datior seu gabellarum casu quo plus debito exigerēt: quia ipsis plus debito soluere succurritur per hanc actionē infra annū in duplū ⁊ post annū in simplū. ⁊ habetur in. l. j. in prin. Et qui sint publicani: vide in ea. l. §. publicani. Et ꝓcedit etiam hec actio si per seruos vel famulos deputatos ac publicanos plus debito exigeretur. vt in ea. l. §. familie. ⁊ dato ꝙ essent insimul plures publicani qui plus exegissent an teneātur insolidū vel in tempore: vide in. l. si multi. eo. tit. Secūdo ꝙ sit pretoria: est tex. in. l. j. in prin. eo. tit. Tertio ꝙ in personā: vt in alijs. Quarto est rei ⁊ pene persecutoria: vt hoc edicto in fi. ff. eo. ti. Quinto infra annū est in duplū eius qđ exactū est illicitū: vt dixi post annū in simplū: ⁊ in duplo inest rei ꝑsecutio. vt est tex. clarus in. d. l. hoc edicto. §. fi. ff. eo. ⁊. d. l. in prin. Et dato casu ꝙ cogerēt debitores ad soluendū plus per vim tenetur in triplū actione vi bono. rapt. vt est tex. in. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. Sexto est stricti iuris. Septimo quo ad penā est annalis: vt patet. sed quo ad rei persecutionē perpetua. vt. d. l. j. in prin. ⁊. l. sed ⁊ hi. §. fi. eo. ti. Octauo datur heredib⁹ ⁊ ceteris successorib⁹. vt. d. l. sed ⁊ hi. §. fina. In heredes non datur nisi inquātū locupletiores sunt: vt est glo. in. d. §. fi. et est tex. in. l. si publican⁹. in ꝓn. eo. tit. Nono nō infamet. Decimo directa. Undecimo ꝙ singularis. Duodecimo simplex. Ultimo nō est ꝯria.

118 **In factum aduersus** illum qui sciens se esse liberū homine passus est se vendi emptori nesciēti ⁊c. Hec actio cōpetit aduersus liberū hominem qui sciens se esse liberū passus est se ab alio vendi emptori ignorāti: ⁊ sic non seruatis solēnitatib⁹. de quib⁹ in glo. in. §. fi. insti. de iu. ꝑso. quia non posset iste liber homo proclamare in libertatē ita de facili in damnū dicti emptoris. vt habetur in. l. liberis. in prin. ⁊. §. seq. ff. de libe. cau. posset etiam dict⁹ emptor cōtra dictū venditorē habere actionē ex empto ad suum interesse: vt est tex. in. §. fi. insti. de empt. ⁊ vendi. de hac actione est bonus tex. in. l. rectissime. ff. de libe. cau. Secūdo ꝙ sit pretoria. est tex. in. d. l. rectissime. Tertio in personā. proba vt. s. Quarto est pene ⁊ rei ꝑsecutoria. vt. l. intātū. cum duab⁹ seq. ff. de lib. cau. ⁊. l. vtiq₃. Quinto est in duplū. vt. d. l. intantū. Sexto est stricti iuris. Septimo est annalis. vt. d. l. vtiq₃. ⁊. l. non solū. §. fi. Octauo datur heredib⁹ sed non in heredes. vt. l. non solum. in prin. ⁊. l. vtiq₃. in. ij. respōso. eo. tit. Nono ꝙ nō infamet. Decimo ꝙ directa. Undecimo singularis. Duodecimo ꝙ simplex ⁊c. Ultimo non cōtraria.

119 **In factum aduersus** eum qui cum esset in bonorum possessione fruct⁹ vendidit seu alienauit quos percepit vel rem deteriorē fecit. Hec actio cōpetit debitori aduersus creditorē suum qui fuit immissus in possessionem rei debitoris causa rei seruāde. iuxta titu. ff. vt in possess. leg. ⁊. l. si finita. §. iulian⁹. de dam. infe. ⁊. l. iij. §. fi. ff. de acqui. posses. ⁊ quo lega. ⁊ titu. ff. quo. lega. ⁊ titu. de bo. auto. iudi. possi. quia si illam rem deteriorauit dolo malo ipse creditor vel percepit fruct⁹ quos ꝯsumpsit ⁊c. per hanc actionē ipsi debitori tenetur dānum reparare ⁊ fruct⁹ restituere ⁊c. Et de hac habetur in. l. pretor ait. in prin. §. fi. ff. de bonis auto. iudi. possi. Addi. doc. Et est addendū quia hoc edictū in isto casu habet tria capita. Unum de creditore non restituēte fruct⁹ debitori. Aliud si creditor absq₃ dolo in ea re fecit impēsas: ⁊ sibi non reddat debitor: vel dolo malo fecerit ꝙ nō teneatur reddere. Tertius est si dolo malo res deterior facta est a creditore que omnia colliguntur in. d. l. pretor ait. in prin. In primis duob⁹ capitib⁹ actio ista in factum est perpetua. ⁊ datur heredib⁹ et in heredes. Sed in tertio capite edicti est annalis: cum oriatur ex delicto: nec in heredes datur cum ex delicto oriatur ⁊c. Ista omnia declarat tex. in. d. l. ꝑtor ait. §. penul. ⁊ fi. cum. l. seq. ff. de bo. aut. iudi. possi. ⁊c. Et sic hec actio in factum potest tripliciter cōsiderari: imo possunt dici tres actiones sicut edictum habet tria capita: prout probat tex. in. d. l. pretor ait. §. he actiones. quasi sint due actiones in primis duob⁹ capitibus. vt etiam ibi declarat glo. ⁊ in. §. fi. dicitur de alia actione in factū que datur in tertio capite edicti: ⁊ per hoc facias tres actiones: ⁊ in cellula primi capitis ponas rubri. hoc modo. In factū aduersus euȝ qui cum esset in bonoꝝ possessione fructus ꝯsumpsit ⁊ non restituit.

120 **In factum aduersus** debitorē qui creditori impendēti re bona fide impensas non restituit ⁊ econtra.

121 **In factum aduersus** creditorē qui dum in bonoꝝ possessione esset rem deteriorē dolo malo fecit. Et ꝙ omnes sint pretorie. est tex. in. d. l. ꝑtor ait. in prin. Tertio ꝙ in personā: vt. s. Quarto prima ⁊ secūda sunt rei persecutorie. vt patet. Quinto dantur in simplū. Sexto sunt stricti iuris. Septimo sunt ꝑpetue. vt. d. l. pretor ait. §. he actiones. Octauo dantur heredib⁹ ⁊ in heredes. vt. d. §. he actiones. Nono nō infamat. Decimo directe: quia ex verbis ⁊ mēte. Undecimo singulares. Duodecimo simplices. Et tertia discordat ab his quia nō est ꝑpetua. Non datur in heredes nisi inquantū ad eos ꝑuenit. lȝ heredib⁹ detur cum sit rei ꝑsecutoria. Hec omnia habentur in. d. §. he actiones. ⁊. §. fi. cum duab⁹ legibus seq. In alijs cōcordat ⁊c. ⁊ sic multiplica duas actiones.

122 **In factum contra illum** cuius dolo malo damnū datum est per turbā ⁊c. Hec actio cōpetit aduersus illum cuius dolo malo dānū alicui in turba datum est siue ipse fuerit autor dāni dati siue dolo malo fecerit qđ alius daret: ⁊ datur domino aduersus taleȝ infra annū a die quo experiūdi potestas fuit in duplum: post annū in simplū. Et dicitur hoc casu damnū dari non cum res asportantur sed si corrūpantur ⁊ frangātur vel aliter perdātur. hec omnia ꝓbātur in. l. pretor ait. que est. l. iiij. in prin. ⁊. §. hoc autem. ⁊. §. seq. ⁊. §. loquitur. ⁊. §. hec autem actio. ff. vi bono. rapto. Secūdo ꝙ pretoria. est tex. in. d. l. pretor ait. Tertio ꝙ in personā. vt. s. Quarto rei persecutoria. Quinto in duplū infra annuȝ: post annū in simplū. vt. s. dixi. Sexto stricti iuris. Septimo diuersimode est annalis ⁊ perpetua: vt. s. Octauo datur heredibus sicut actio vi bo. rapto. vt probatur in. d. l. pretor ait. iuncta. l. ij. §. hec actio. ff. eo. tit. et lȝ actio vi bono. rap. in heredes non detur. d. §. hec actio. ⁊ ibi habetur cum hec datur in heredes inquantū ad eos peruenit fm glo. in. d. l. pretor ait. §. fi. lȝ tex. ibi repugnet cum in hoc equiparet actiōi vi bono. rap. dic vt ibi. Nono nō infamat: quia non reperitur. Decimo ꝙ directa. Undecimo ꝙ singularis. Duodecimo ꝙ simplex. Ultimo nō est ꝯria.

123 **In factum ex edicto** si quis testamēto liber esse iussus fit: ⁊ post mortē domini ante aditā hereditatē surripuisse quid dicatur. Hec actio datur heredi instituto aduersus seruū iussuȝ esse liberū a testatore domino qui seruus surripuit post mortē domini ante aditaȝ hereditatē aliquid de bonis hereditarijs: quia tenetur restituere in duplū infra annū vtilem. ⁊ de hac est tex. in. l. j. in prin. ff. si quis test. lib. esse ius. fue. Et fm sanctum Blasiū hic debēt tria ꝯcurrere vt cōpetat hec actio: ꝙ seru⁹ dolo malo damnū dederit ⁊ res surripuerit. Iteȝ ꝙ post mortē testatoris. Tertio ꝙ ante aditā hereditatē. Et hec omnia probantur in rub. ⁊ in. l. j. §. non autē. vsq₃ ad. §. si seruus. eo. tit. vide per Bar. ⁊ doc. Secūdo ꝙ sit pretoria. est tex. in. d. l. j. §. hec actio. ibi: honorariā. eo. tit. Tertio ꝙ in personam. vt. s. Quarto rei ꝑsecutoria. est. d. l. j. in prin. Quinto est in duplū intra annū: vt dixi. Sexto est stricti iuris. Septimo non est ꝑpetua sed annalis: vt. s. ꝓbaui. Octauo datur heredib⁹. vt. d. l. j. §. penul. eo. titu. in heredes non datur: quia ex delicto venit. d. l. j. §. fi. ⁊ iuxta. §. non autem. insti. de perpe. ⁊ tempo. Nono non infamat: quia non reperitur. Decimo directa. Undecimo singularis. Duodecimo simplex ⁊c. Ultimo non est contraria.

124 **In factum de incēdio** ruina naufragio. Hec actio competit aduersus illum qui expugnata naue vel per incendiū vel ruinā vel naufragium aliquid rapuit: quia domino rerum datur hec actio aduersus talem rapientē infra annū a tempore quo experiēdi potestas fuit in qua-

druplum post annũ in simplũ. vt est tex. in. l. j. in pñ. ff. de incẽ. rui. nau. et ibi vide. Scđo ꝙ pretoria. vide tex. in. d. l. j. in prin. Tertio ꝙ in personam. vt. s̃. Quarto ꝙ rei ⁊ pene ꝓsecutorie. vt patet. Quinto in quadruplum infra annũ: ⁊ post annũ in simplũ. vt dixi. Sexto ꝙ stricti iuris. Septimo ꝙ annalis infra annũ: ⁊ post annũ ꝑpetua. Octauo dat heredibꝰ: non in heredes nisi de eo qđ ad eos ꝑuenit. vt. l. pedius. §. fi. ff. eo. titu. Nono non infamat. Decimo directa. Undecimo singularis. Duodecimo simplex ꝛc. Ultimo non est cõtraria.

125 ## In factum de sepulchro violato.

Hec actio datur aduersus eum qui edificat vel habitat in sepulchro alterius ⁊ datur ad. cc. ducatos. Et de hac est tex. in. l. iij. §. si qs in sepulchro. ff. de sepul. viola. ⁊ in ea. l. §. si qs in sepulchro. el. ij. Et iste est vnus casus vbi ꝓuidetꝛ per hanc actionẽ. Est ⁊ alius casus quãdo quis violauit vel corrupit sepulchrũ quia ei ad quaꝫ res pertinet datur hec actio ad totale suũ interesse etiã si excedat summã. cc. aureoꝝ. ⁊ ꝑ hoc est tex. in. l. p̃tor ait. in. j. rñso. ff. eo. ⁊ in ea. l. §. si quis in sepulchro. Et dato casu ꝙ nullus sit cuius intersit ⁊ res ꝑtineat tũc cuicũqꝫ volẽti agere datur ad centũ duca. hec actio. ⁊ ita intelligas istos terminos lꝫ aliter infrascauerit sanctꝰ Blasiꝰ. ⁊ pro hoc est tex. etiã clarus in. l. sepulchri. eo. tit. Et que pena esset illi qui in ciuitate faceret sepulchrũ. vide in ea. l. §. diuus. ⁊ corpora tradita sepulture an liceat trãsferre. vide in ea. glo. §. nõ perpetue. ⁊ qđ dixi de violãtibus sepulchrũ ꝙ teneantꝛ ad totale interesse ꝛc. istud est verũ si dolo malo violauit ⁊ nõ aliter: vt est tex. in. d. l. iij. §. prima verba. Itẽ est actio popularis: vt. d. l. iij. §. fi. ⁊. j. dicã. Secũdo ꝙ sit p̃toria: est tex. in. l. iij. in prin. eo. tit. Tertio ꝙ in ꝑsonã: vt. s̃. Quarto est pene ꝓsecutoria: vt. s̃. patet. Quinto potest dici in simplũ: ex quo dñs ꝓsequitꝛ interesse ⁊ eodẽ modo respectu pene alio agente: vt patet. Sexto ꝙ stricti iuris. Septimo est annalis cũ sit popularis. l. fi. de popula. act. Octauo dat heredibꝰ vt qbuslibet de populo cum sit popularis. Et eodẽ modo nec in heredẽ datur. vide tex. ⁊ glo. in. l. fi. de popu. act. Facit etiã quia datur magis ad vindictã q̃ ad rem familiarẽ. vt. l. sepulchri. in fi. la. j. eo. tit. ⁊ facit. l. penul. eo. titu. Nono ꝙ infamet ⁊ infamiam irroget. est tex. in. l. j. ff. eo. tit. Et nunq̃ obliuiscaris de vna glossella fi. in. d. l. j. quia ita demum irrogat infamiã si condẽnatio sequatꝛ ⁊ non aliter qđ tene mẽti ad statuta. Et alꝛs vidi obtentũ dum essem scholaris Perusij in ardua causa. Decimo est directa. Undecimo singularis. Duodecimo simplex. Et vltimo non est cõtraria.

126 ## In factum ex edicto pretoris seu ex lege p̃toria.

Hec actio datur vbicunqꝫ ex edicto seu lege p̃toria non datur certa actio: tunc datur in factũ sicut in simili dicimꝰ qñ ex aliqua noua obligatione datur cõdictio ex illa. l. vt habetꝛ in. l. j. ff. de cõdi. ex lege. ⁊ in. l. si quis argentũ. C. de dona. in. l. si quis ꝯductionis. C. loca. cum multis simi. ⁊ vide glos. in. §. alie. insti. de act. ⁊. §. actionũ quedã. ⁊ de actionibꝰ in factum vide glo. in. §. fi. insti. de interdi. ⁊ glo. in rub. ff. de p̃scrip. ver. cum fi. Est bene verũ ꝙ quidã hic habẽt circulũ. s. de p̃torijs stipulationibꝰ vt sunt stipulationes q̃ autoritate p̃toris interponuntꝛ vt de dam. infe. rem ra. habe. iudi. sol. ꝛc. que ad instar actionũ sunt. Et possunt largo modo actiones dici. vt probatꝛ in. l. actionis verbo. §. j. ff. de act. ⁊ obli. Sed quia ex omni stipulatione agitꝛ ciuilter. vt insti. de act. §. preterea. ideo non est curandũ cum inter ciuiles de his dicẽdũ sit ꝛc. ⁊ per hoc cum laude dei sunt expedite pretorie. Adde alias p̃torias de quibus in fine operis dicetur. Sequitur de ciuilibus actionibus.

¶ Rubrica de Ciuilibus.

127 ## Rei vendicatio.

Prima actio ciuilis sit rei vẽdicatio sequẽdo arborem Joãnis ꝛc. Hec actio datꝛ illi qui hꝫ directũ dñium super aliqua re mobili vel immobili aduersus possessorẽ illiꝰ rei vel etiã detẽtorẽ ⁊ quẽcũqꝫ habentẽ rei restituẽde facultatẽ. vide tex. de hac in. l. officiũ. ff. de rei vendi. ⁊ in. l. in rem. ⁊ in. l. vẽdicatio. eo. tit. in. §. j. insti. de act. Et sic ille possidẽs siue detentãs tenetur rem dño restituere. iuxta. l. qui restituere. ff. de rei vẽdi. Et solet semper dici ꝙ rei vẽdicatio requirit duo extrema. vnũ ex parte agẽtis qđ est dñium. Aliud ex parte conuenti qđ est possessio siue detẽtatio. vt. s̃. dixi. Ad qđ vide tex. in. l. in rem. ⁊. l. j. C. de aliena. iudi. mutã. cau. fa. ⁊ vide Bar. in rub. ff. de rei vẽdi. ⁊ qñ per hanc actionẽ res petuntꝛ que debeant exprimi in libello. vide opti. tex. ⁊ ibi Barto. in. l. si rem. ff. de rei vendi. Et pro libello in hac actione vide Bar. in. l. vbi autẽ. ff. de rei vẽdica. in. l. põponius. §. de his. ff. de procur. Caute est dictũ ꝙ detur hec actio ad rem mobilẽ vel immobilẽ. ⁊ per ꝯsequẽs corporalẽ quia incorporalia non possunt vẽdicari. vt habetꝛ in. l. vẽdicatio. ff. de rei vẽdi. Secundo ꝙ hec actio sit ciuilis: ꝓbatur in. §. sed iste. iũcto. §. omniũ. versi. aut cum eo. insti. de act. Et ꝓbatꝛ etiã in. §. alie. a ꝯtrario sensu: lꝫ videatꝛ obstare tex. in. l. j. in prin. ff. de rei vẽdi. dũ dicit ꝙ post actiones quas p̃tor de vniuersitate ꝓposuit subijcitꝛ actio singularũ rerũ petitionis quasi etiã ista sit p̃toria lꝫ singularis qđ non stringit. ⁊ per hoc respõde ⁊ iste est vnus modus per quẽ ꝯsideratꝛ rei vẽdicatio. s. directa. Est etiã alius modus de quo. j. dicã. Tertio ꝙ sit in rem primo suadetꝛ nomine suo. secũdo ꝓbatur in terminis per tex. in. d. §. omniũ. versi. aut cum eo. insti. de act. ⁊ in. §. sic itaqꝫ. ⁊ in. l. j. in prin. de rei vẽdi. ⁊ in. l. si in rem. ⁊ in. l. in rem. eo. tit. Quarto ꝙ sit rei ꝓsecutoria: probatꝛ in. §. sequẽs. insti. de act. versi. rei ꝓsequẽde. Quinto ꝙ in simplũ. patet primo cũ rei ꝓsecutoria. et patet etiã quia rem tm̃ cũ fructibꝰ ꝓsequitꝛ. lꝫ aliter ⁊ aliter per naturam scilꝫ possessoꝝ. vt habetꝛ in. l. certũ. C. de rei vẽdi. ⁊ in. l. cum in rem. ff. eo. Sexto ꝙ sit stricti iuris: probatꝛ in. §. actionũ. insti. de act. eo quia non cõmuneratꝛ in illo. §. vt dictũ est. s̃. in p̃torijs. Septimo ꝙ sit perpetua: ꝓbatur ex. d. §. sed iste. insti. de act. iuncto prin. insti. de perpe. ⁊ tẽp. act. lꝫ hodie si quis titulo per tres annos in rebꝰ mobilibꝰ. x. vel. xx. in immobilibꝰ rem p̃scribat. vt insti. de vsuca. in prin. quãdo v̀o sine titulo vsqꝫ ad. xxx. vt. l. j. C. de vsucap. trãsfor. de his est glo. insti. de perpe. ⁊ tẽpo. act. in prin. in ver. ꝯstitutionibꝰ. Octauo heredibꝰ datur ⁊ in heredes vt possessoribꝰ vt in possessores. vt alꝛs in publiciana diximꝰ cuꝫ detur dño ⁊ ꝯtra possidẽtẽ. vt. l. in rem. ff. de rei vẽdi. Nono ꝙ nõ infamet: ꝓbatꝛ statim qđ nõ exp̃sse apparet: vt ĩ publiciana ⁊ alijs dictũ est. Decio directa: vt ꝓbatꝛ in. §. alie. in fi. ĩsti. de act. ibi: nullã hꝫ directã ꝛc. Undecimo ꝙ singularis. Duodecimo ꝙ simplex ꝛc. Et his expeditis dixi esse aliũ modũ ꝑ quẽ ꝯsideratꝛ rei vẽdicatio q̃ dꝛ vtilis. Et hec actio hꝫ locũ ꝯ eũ qui dũ possideret aliquã rẽ dolo desijt possidere ⁊ sic cessante vno extremo qđ reqritꝛ in rei vẽdi. vt. s̃. dixi. s. possessio vel saltẽ detẽtatio. iuxta. l. officiũ. ⁊ sic cũ nõ possit dari directa datꝛ vtilis. de q̃ habetꝛ in. l. sinaũt. §. sed his. ff. de rei vẽdi. ⁊ in rub. eo. tit. ꝑ Bar. ⁊ doct. in rub. C. eo. lꝫ glo. in rub. ff. eo. dicat ꝙ isto casu detꝛ directa vtiliter q̃ rep̃hẽditꝛ ab vltramõ. ſm Bar. ibi ꝓ qbꝰ videtꝛ casus in. l. electio. §. itẽ si ex pluribus. ff. de noxa. ĩ. l. nec vllã. §. si qs. de peti. here. Bar. tãdẽ ibi dicit posse teneri glo. eo qꝛ ĩ actiõibꝰ realibꝰ metimur ius ex ꝑsona actoris. l. j. §. j. si ꝑs here. pe. facit etiã ad h̔ qđ hr̃ ꝑ glo. in. §. sꝫ iste. ĩsti. de ac. ꝙ actio respectu actoris dicatꝛ ciuilis ⁊ nõ p̃toria ꝛc. ⁊ ecõtra: ⁊ h̔ ꝑ Bar. in. d. rub. est no. ad. q. si lis sit ꝯtest. sup directa ⁊ postea reus desinat possidere an possit seq ꝯdẽnatio ex eadẽ instãtia. de quo ibi ꝑ eũ ⁊ ꝑ eũdẽ in. l. quãq̃. §. iulianꝰ. de aq̃ plu. ar. Cõclude igitꝛ post multa ꝙ hec actio datꝛ directo dño aduersus eũ q dolo desijt possidere: siue dicatꝛ vtilis rei vẽdica. siue directa vtilis: vide late in iuribꝰ p̃alꝛ. ꝛc. In alijs fundamẽtis dicẽdũ est vt in p̃cedẽti excepto eo ꝙ hec est vtilis ⁊ illa directa tenẽdo ꝯ glo. ꝛc.

128 ## In rem cõfessoria.

